recipientibusque Bruttiis, et transcensum in urbem est; inde
et proxuma refracta porta, ut frequenti agmine signa infer-
19 rentur. tum clamore sublato sub ortum ferme lucis nullo
obvio armato in forum perveniunt, omnisque undique, qui ad
arcem portumque pugnabant, in se converterunt.

16 Proelium in aditu fori maiore impetu quam perseveran-
tia commissum est: non animo, non armis, non arte belli, non
2 vigore ac viribus corporis par Romano Tarentinus erat. igi-
tur pilis tantum coniectis, prius paene, quam consererent ma-
nus, terga dederunt, dilapsique per nota urbis itinera in suas
3 amicorumque domos. duo ex ducibus Nico et Democrates
fortiter pugnantes cecidere; Philemenus, qui proditionis ad
Hannibalem auctor fuerat, cum citato equo ex proelio avectus
4 esset, vacuus paulo post equus errans per urbem cognitus,
corpus nusquam inventum est: creditum vulgo est in puteum
5 apertum ex equo praecipitasse. Carthalonem autem, praefec-
tum Punici praesidii, cum commemoratione paterni hospitii

16. *captae urbis clamor*] ein häufiger Vergleich, bei dem jedoch hier das Fehlen einer Vergleichungspartikel auffällt. **25**, 10, 1. *clamor, qualis esse in capta urbe solet.* **24**, 39, 6 u. a.

vim faceret] „einen Sturm versuchte"; *vim facere, admovere, parare, fit vis* sind stehende livianische Ausdrücke für (bewaffneten) Angriff.

17. *strepebant excitantes*] *strepere* wird meist von Dingen gesagt: *omnia strepunt, auris strepunt, urbs strepit.*

praesidium agitare] ungewöhnlicher Ausdruck; doch sagt schon Plautus: *custodiam agitare*; sonst wie c. 8, 19. *aestiva agere.*

19. *nullo obvio armato*] die Hinzufügung eines Prädikatsnomens zum *abl. absol.* hat bei Liv. eine sehr weite Ausdehnung: c. 29, 7 *nullo ferme obvio armato.* c. 34, 3. *moderati et prudenti viro adiuncto conlega.* u. a. (bei Cicero ganz vereinzelt).

c. **16**, 1. *vigore ac viribus*] stamm- oder sinnverwandte Wörter verbindet Liv. gern zu alliterierenden Formeln: § 9 *dirutus — ac disiectus.* c. 18, 9. *per praecipitia et praerupta.* **21**, 4, 2. **23**, 45, 3. *vim vigoremque.* **25**, 38, 8 *vivunt vigentque, terrore ac tumultu* u. a.

4. *vacuus equus*] „das reiterlose Pferd". **44**, 26, 3. *prolapsorum equitum vacuos — equos.*

praecipitasse] „er sei hinabgestürzt"; findet sich intransitiv in der 1. Dekade öfter, in der 3. Dekade noch c. 40, 3. u. **25**, 11, 6.

5. *cum commemoratione paterni hospitii*] diese Gastfreundschaft ist

positis armis venientem ad consulem miles obvius obtruncat.
alii alios passim sine discrimine armatos inermisque caedunt, 6
Carthaginienses Tarentinosque pariter. Bruttii quoque multi
passim interfecti, seu per errorem, seu vetere in eos insito
odio, seu ad proditionis famam, ut vi potius atque armis cap-
tum Tarentum videretur, extinguendam. tum ab caede ad 7
diripiendam urbem discursum. triginta milia servilium capitum
dicuntur capta, ingens argenti vis facti signatique, auri octo-
ginta tria milia pondo, signa tabulae, prope ut Syracusarum
ornamenta aequaverint. sed maiore animo generis eius praeda 8
abstinuit Fabius quam Marcellus; qui interroganti scriba, quid
fieri signis vellet ingentis magnitudinis — di sunt, suo quis-
que habitu in modum pugnantium formati —, deos iratos
Tarentinis relinqui iussit. murus inde, qui urbem ab arce 9
dirimebat, dirutus est ac disiectus.

Dum haec Tarenti aguntur, Hannibal, iis, qui Cauloneam
obsidebant, in deditionem acceptis, audita oppugnatione Tarenti 10
dies noctesque cursim agmine acto, cum festinans ad opem
ferendam captam urbem audisset, „et Romani suum Hanniba-
lem“ inquit „habent: eadem qua ceperamus arte Tarentum
amisimus“. ne tamen fugientis modo convertisse agmen vide- 11
retur, quo constiterat loco, quinque milia ferme ab urbe posuit
castra. ibi paucos moratus dies Metapontum sese recepit.
inde duos Metapontinos cum litteris principum eius civitatis 12
ad Fabium Tarentum mittit, fidem ab consule accepturos in-

ebenso unbekannt, wie Carthalo selbst.

6. *alii alios*] eine Häufung asyndetischer Glieder. Sinnverwandte Adverbia, von denen das zweite das erste ergänzt, verbindet Liv. oft zu asyndetischen Paaren: *clam nocte, nocte clam, nocte silentio, luce palam, clam furtim, passim sine discrimine* u. a.

seu per errorem] beachte die Variation der Konstruktion. — *per errorem* = *par erreur,* bei Liv. steht häufig *per* zur Angabe des Grundes. vgl. **26**, 27, 8. *per iram.*

7. *servilium capitum*] *caput* = Person, ist sehr häufig. **29**, 29, 3. *liberorum servorumque capitum.*

8. *maiore animo*] andere berichten, dafs Fabius den Marcellus noch überbot und eine Kolossalstatue des Jupiter *(signis ingentis magnitudinis)* nur zurückliefs, weil er sie nicht fortschaffen konnte.

quid fieri signis vellet] „was geschehen solle mit“; *signis* ist instrumentaler Ablativ, den Liv. **33**, 27, 10; **34**, 24, 3 *quid futurum — nobis est* gebraucht, sonst auch *de:* **26**, 33, 13. *de iis rebus quid fieri velitis rogo* u. ö.

in modum] = *modo,* was sich bei Liv. öfter findet; hier *in modum* wegen *formati,* das stets mit *in* c. accus. verbunden wird; vgl. *in suos mores formare* u. a.

c. **16**, 9—16. Hannibals vergeblicher Versuch, den Fabius zu überlisten.

10. *agmine acto*] Verba mit Objekt gleichen Stammes wendet Liv. häufig an. **21**, 61, 4. *raptim — agmine acto.* vgl. *sectam sequi, facinus facere, servitutem servire* u. a.

11. *ab urbe*] nämlich *Tarento*; nicht, wie sonst = *ab Roma*; ebenso **26**, 39, 6 *quindecim milia ferme ab urbe.*

punita iis priora fore, si Metapontum cum praesidio Punico
13 prodidissent. Fabius quae adferrent vera esse ratus diem,
qua accessurus esset Metapontum, constituit litterasque ad
14 principes dedit, quae ad Hannibalem delatae sunt. enimvero
laetus successu fraudis, si ne Fabius quidem dolo invictus
15 fuisset, haud procul Metaponto insidias ponit. Fabio auspicanti, priusquam egrederetur ab Tarento, aves semel atque iterum non addixerunt; hostia quoque caesa consulenti deos haruspex cavendum a fraude hostili et ab insidiis praedixit.
16 Metapontini, postquam ad constitutam non venerat diem, remissi, ut cunctantem hortarentur, ac repente comprehensi metu gravioris quaestionis detegunt insidias.

17 Aestatis eius principio, qua haec agebantur, P. Scipio in Hispania cum hiemem totam reconciliandis barbarorum animis partim donis partim remissione obsidum captivorumque absumpsisset, Edesco ad eum clarus inter duces Hispanos venit.
2 erant coniunx liberique eius apud Romanos; sed praeter eam causam etiam velut fortuita inclinatio animorum, quae Hispaniam omnem averterat ad Romanum a Punico imperio, traxit
3 eum. eadem causa Indibili Mandonioque fuit, haud dubie omnis Hispaniae principibus, cum omni popularium manu relicto Hasdrubale secedendi in imminentis castris eius tumulos, unde per continentia iuga tutus receptus ad Romanos esset.
4 Hasdrubal, cum hostium res tantis augescere incrementis cerneret, suas imminui, ac fore ut, nisi audendo aliquid moveret,
5 qua coepissent, fluerent, dimicare quam primum statuit. Sci-

13. *diem, qua accessurus esset*] gewöhnlicher: *qua die accessurus esset, constituit*; dieselbe Wendung sogar im Indikativ. c. 50, 3.

15. *aves — non addixerunt*] die heiligen Hühner *(pulli)* verweigern zu fressen; wofür offizielle Formel: *non addicunt;* freier *aves non admittunt.*

semel atque iterum] die Befragung des Götterwillens wurde fortgesetzt, bis günstige Zeichen sich ergaben. vgl. c. 23, 4.

16. *gravioris quaestionis*] „die peinliche Frage". d. h. Tortur. vgl. c. 3, 5. *quaestione acriter habita.*

c. 17—20. Die Lage in Spanien; Schlacht bei Baecula.

1. *Scipio cum — Edesco*] auch wenn das Subjekt des Vordersatzes von dem des Hauptsatzes verschieden ist, läfst Liv. jenes die Periode beginnen und die Konjunktion unmittelbar folgen: c. 16, 3—4. *Philemenus, cum — equus.*

coniunx — apud Romanos] sie waren ihnen zu Neu-Carthago in die Hände gefallen.

3. *haud dubie*] in Verbindung mit Verbis und Nominibus sehr oft = zweifellos, anerkanntermafsen; *nec dubie* und *procul dubio* finden sich dagegen bei Liv. nur je einmal, *sine dubio* gar nicht.

4. *augescere incrementis*] ist Variation der *figura etymologica* statt: *crescere incrementis* oder *auctibus augeri.* 29, 27, 3. 4, 2, 2.

aliquid moveret] *nihil, aliquid movere* ist stehende Wendung für politisches oder militärisches Unternehmen: „eine Wendung, einen Umschwung hervorbringen". c. 17, 8 *nihil maioris rei motum.*

qua coepissent, fluerent] = „in der begonnenen Richtung weiter zer-

pio avidior etiam certaminis erat, cum a spe, quam successus
rerum augebat, tum quod, priusquam iungerentur hostium exer-
citus, cum uno dimicare duce exercituque, quam simul cum uni-
versis malebat. ceterum, etiamsi cum pluribus pariter dimican- 6
dum foret, arte quadam copias auxerat. nam cum videret nullum
esse navium usum, quia vacua omnis Hispaniae ora classibus
Punicis erat, subductis navibus Tarracone navalis socios terrestri-
bus copiis addidit. et armorum adfatim erat ⟨et⟩ captorum Car- 7
thagine et quae post captam eam fecerat tanto opificum numero
incluso. cum iis copiis Scipio veris principio ab Tarracone egres- 8
sus — iam enim et Laelius redierat ab Roma, sine quo nihil
maioris rei motum volebat — ducere ad hostem pergit. per 9
omnia pacata eunti, ut cuiusque populi finis transiret, prosequenti-
bus excipientibusque sociis, Indibilis et Mandonius cum suis
copiis occurrerunt. Indibilis pro utroque locutus, haudquaquam 10
⟨ut⟩ barbarus stolide incauteve, sed potius cum verecundia ⟨ac⟩
gravitate propiorque excusanti transitionem ut necessariam,
quam glorianti eam velut primam occasionem raptam: scire 11
enim se transfugae nomen execrabile veteribus sociis, novis
suspectum esse; neque eum se reprehendere morem hominum,
si tamen anceps odium causa, non nomen faciat. merita inde 12

schmelzen"; häufige Metapher von Dingen, die aus Mangel an innerem Halt sich gleichsam auflösen: *corpora, membra, vires, res fluunt.*

5. *a spe*] kausaler Ablativ mit Präposition; häufig bei Liv. **26**, 1, 3 *ab ira.*

iungerentur] „sich mit einander verbänden"; die passiven Formen verwendet Liv. mehrfach in reziprokem Sinne: **26**, 37, 5. *res — quadam vice pensatae*: erg. *inter se*; = sie hielten sich unter einander das Gleichgewicht.

6. *etiamsi*] „selbst für den Fall, daſs"; so auch *si* = falls c. 16, 14. *si ne Fabius quidem*; und *nisi*: falls nicht.

7. *adfatim*] aus dem Altlateinischen: *ad fatim* = bis zur Ermüdung, zur Genüge.

tanto — incluso] nämlich: *in publica officina.* **26**, 51, 7. **29**, 35, 8 *opificibus — inclusis.*

8. *Laelius redierat ab Roma*] über die Sendung des Laelius vgl. **26**, 51, 1. — Seine besondere Anerkennung durch Scipio **26**, 48, 14. *sibimet ipsi aequavit* (*Laelium*).

ducere ad hostem pergit] „er marschierte gerade gegen den Feind". *ducere* ohne Objekt (*copias*), Ausdruck der Militärsprache, ist sehr häufig = marschieren, meist mit Angabe des Zieles (*ad*).

9. *ut — transiret*] Konjunktiv der Wiederholung, der von Liv. ab häufig bei *ut, ubi, quum,* und verallgemeinernden Relativen in Prosa erscheint.

10. *stolide incauteve*] „plump oder unbedacht". *stolidus* ist stetes Beiwort der auf rohe Kraft trotzenden Barbaren; sie heiſsen *stolide laeti, stolide feroces,* und *stolida fiducia, stolida impudensque postulatio* u. a. wird ihnen zugeschrieben.

propiorque excusanti] näher kommend, d. h. ähnlicher einem sich entschuldigenden, ebenso **2**, 64, 6. *paucitas damno sentiendo propior erat:* = lieſs aus gröſserer Nähe, d. h. stärker empfinden.

eam — occasionem raptam] „rasch ergriffen zu haben, wie die erste beste Gelegenheit". Zu *rapere* = hastig ergreifen c. 32, 6. *raptus ab suis.* c. 19, 1. *pecunia rapta* u. a.

11. *si tamen*] beschränkt den Sinn

sua in duces Carthaginiensis commemoravit, avaritiam contra
eorum superbiamque et omnis generis iniurias in se atque
13 popularis. itaque corpus dumtaxat suum ad id tempus apud
eos fuisse; animum iam pridem ibi esse, ubi ius ac fas cre-
derent coli. ad deos quoque confugere supplices, qui nequeant
14 hominum vim atque iniurias pati: se id Scipionem orare, ut
transitio sibi nec fraudi apud eum nec honori sit; qualis ex
ea die experiundo cognorit, perinde operae eorum pretium
15 faceret. ita prorsus respondet facturum Romanus, nec pro
transfugis habiturum, qui non duxerint societatem ratam, ubi
16 nec divini quicquam nec humani sanctum esset. productae
deinde in conspectum is coniuges liberique lacrumantibus gau-
17 dio redduntur. atque eo die in hospitium abducti; postero
die foedere accepta fides, dimissique ad copias adducendas.
isdem deinde castris tendebant, donec ducibus is ad hostem
perventum est.

18 Proximus Carthaginiensium exercitus Hasdrubalis prope
2 urbem Baeculam erat. pro castris equitum stationes habebant.
in eas velites antesignanique et qui primi agminis erant, ad-
venientis ex itinere, priusquam castris locum caperent, adeo
contemptim impetum fecerunt, ut facile appareret, quid utri-
3 que parti animorum esset. in castra trepida fuga conpulsi
4 equites sunt, signaque Romana portis prope ipsis inlata. at-
que illo quidem die inritatis tantum ad certamen animis castra
5 Romani posuerunt. nocte Hasdrubal in tumulum copias re-
cipit plano campo in summo patentem; fluvius ab tergo, ante
6 circaque velut ripa praeceps oram eius omnem cingebat. sub-

des vorhergehenden Satzes, wie *si modo*, wenigstens wenn. Bei Liv. nur hier.

14. *fraudi*] = „zum Nachteile“, in passivem Sinne; vgl. **26**, 12, 5.

operae — pretium faceret] „so hoch solle er ihre Leistungen anschlagen“, eig.: den Preis für ihre Mühe bestimmen; anders als das gewöhnliche: *operae pretium facere* = etwas der Mühe wertes thun.

17. *foedere accepta fides*] „ihr Treugelöbnis auf Grund eines Vertrages wurde entgegengenommen“; **9**, 5, 2 *foedere pax — facta.*

castris tendebant] Liv. sagt *tendere, considere castris*, wie er auch fast ausnahmslos *se tenere castris, vallo munimentis* u. a. sagt.

c. 18, 2. *antesignani*] hier = Vortrab; sonst die vor den *signis* in der Schlacht kämpfenden.

qui primi agminis erant] „die Tête der Marschkolonne“. c. 28, 9. *primi agminis erant perfugae.* Gegensatz: **33**, 9, 3. (*phalanx*) *novissimi agminis fuerat.*

advenientis ex itinere] = εὐθὺς ἐξ ἐφόδου; ohne eine Pause nach dem Marsche.

5. *plano campo in summo patentem*] „der auf seinem Gipfel sich in eine Ebene ausdehnte, oben flach war“. Die Wendung *plano campo patere* dürfte sonst kaum vorkommen.

velut ripa praeceps] „gleichsam ein steiles Ufer“. *velut* = gewissermafsen, ohne einen verglichenen Gegenstand: c. 17, 2. *velut fortuita inclinatio* c. 4, 6. *ab ispo velut fonte.*

oram — cingebat] *ora* = Streifen,

erat et altera inferior summissa fastigio planities; eam quo-
que altera crepido haud faciliori ascensu ambibat. in hunc 7
inferiorem campum postero die Hasdrubal, postquam stantem
pro castris hostium aciem vidit, equites Numidas leviumque
armorum Baliaris et Afros demisit. Scipio, circumvectus or- 8
dines signaque, ostendebat hostem, praedamnata spe aequo
dimicandi campo captantem tumulos, loci fiducia, non virtutis
aut armorum stare in conspectu; sed altiora moenia habuisse
Carthaginem, quae transcendisset miles Romanus; nec tumulos, 9
nec arcem, ne mare quidem armis obstitisse suis. quid fore
altitudines, quas cepissent hostes, ut per praecipitia et prae-
rupta salientes fugerent; eam quoque se illis fugam clausurum.
cohortesque duas alteram tenere fauces vallis, per quam de- 10
ferretur amnis, iubet, alteram viam insidere, quae ab urbe per
tumuli obliqua in agros ferret. ipse expeditos, qui pridie
stationes hostium pepulerant, ad levem armaturam infimo stan-
tem supercilio ducit. per aspreta primum, nihil aliud quam 11
via impediti, iere. deinde, ut sub ictum venerunt, telo-
rum primo omnis generis vis ingens effusa in eos est, ipsi 12

Rand, in Prosa seltener als bei Dichtern; bei Liv. mehrfach mit Genitiv des Länder- oder Völkernamens. c. 40, 5. **23**, 5, 11 *ab ultimis terrarum oris.* **28**, 12, 10. *in ultimam Hispaniae oram.* **21**, 31, 9. *per extremam oram Vocontiorum agri.*

6. *summissa — fastigio*] = *quae summissum fastigium habebat. summittere se* c. 31, 6 = sich herablassen (geistig); sonst = (räumlich) sich abdachen; vgl. **24**, 34, 3 *summissa quaedam* = niedrig liegende Punkte.

ambibat] „umgab“; in räumlicher Hinsicht; vgl. c. 8, 17 *ambitu litorum.*

7. *leviumque armorum Balearis et Afros*] es sind Schleuderer und Speerschützen. *levium armorum* ist häufig nähere Bestimmung einer Truppe; namentlich *levium armorum auxilia.*

8. *praedamnata spe*] „im voraus verzichtend auf“; *praedamnare* ist von Liv. neu gebildet und findet sich auch bei ihm nur hier in dieser Bedeutung; in der 1. Dekade zweimal im eigentlichen Sinne: vorher verurteilen. **4**, 41, 11. **5**, 11, 12.

captantem tumulos] „sich klammernd an“, eig. = haschend nach etwas, stets in tadelndem Sinne. **22**, 28, 2 *temeritatem captare* = auflauern, nachstellen.

9. *quid fore altitudines*] „was würden die Höhen sein“, d. h. was würden sie zu sagen haben, was hindern.

10. *per tumuli obliqua*] „über die Abhänge des Hügels hin“. Sowohl als Adjektiv, wie als substantiviertes Neutrum ist *obliquus, obliqua* in diesem Sinne nicht selten; also: *obliquo monte* = bergab; *per obliquum, in obliquum montis* u. a.

infimo stantem supercilio] zu *stare* mit dem Ablativ vgl. c. 17, 17. *castris tendebant.* — *supercilium* mit einer vom menschlichen Körper auf Orte übertragenen Metapher sagt Liv. auch *terga montis, dorsum collis* u. a.

11. *per aspreta*] mit der Endung *tum* oder *etum* bildet das Lateinische Kollektivnamen von Pflanzen: *fruticetum, quercetum, vinetum, dumetum*; vgl. Dornicht, Dickicht, Röhricht.

nihil aluid quam] mit Ellipse

contra saxa, quae locus strata passim, omnia ferme missilia, praebet, ingerere, non milites solum sed etiam turba calonum
13 inmixta armatis. ceterum quamquam ascensus difficilis erat, et prope obruebantur telis saxisque, adsuetudine tamen succe-
14 dendi muros et pertinacia animi subierunt primi. qui simul cepere aliquid aequi loci, ubi firmo consisterent gradu, levem et concursatorem hostem atque intervallo tutum, cum procul missilibus pugna eluditur, instabilem eundem ad comminus conserendas manus, expulerunt loco, et cum caede magna in
15 aciem altiori superstantem tumulo inpegere. inde Scipio iussis adversus mediam evadere aciem victoribus ceteras copias cum Laelio dividit, atque eum parte dextra tumuli circumire, donec mollioris ascensus viam inveniret, iubet; ipse ab laeva
16 circumitu haud magno in transversos hostis incurrit. inde primo turbata acies est, dum ad circumsonantem undique
17 clamorem flectere cornua et obvertere ordines volunt. hoc tumultu et Laelius subiit, et, dum pedem referunt, ne ab tergo vulnerarentur, laxata prima acies locusque ad evadendum et
18 mediis datus est, qui per tam iniquum locum stantibus integris ordinibus elephantisque ante signa locatis numquam
19 evasissent. cum ab omni parte caedes fieret, Scipio, qui laevo cornu in dextrum incucurrerat, maxime in nuda latera
20 hostium pugnabat. et iam ne fugae quidem patebat locus: nam et stationes utrimque Romanae dextra laevaque insederant vias, et porta castrorum ducis principumque fuga clausa erat, addita trepidatione elephantorum, quos territos aeque

eines Verbums wird *nihil aliud quam* bei Liv. und Späteren = „nur“ gebraucht.

12. *ingerere*] „schleudern“; regelmäfsig sagt Liv. *tela, saxa, probra, voces in aliquem ingerere*; nur einmal mit dem Dativ **41**, 10, 6.

13. *adsuetudine*] vgl. c. 39, 7. *adsuetudine.* Cicero in den Reden vermeidet dies Wort; er hat auch *adsuesco* daselbst nur einmal und *adsuefacio* zweimal.

succedendi muros] „an Ersteigen von Mauern“; sie hatten es nämlich vor Neucarthago gelernt. Bei Liv. heifst: *succedere vallo* = unten an den Wall heranrücken; *succedere vallum*: = den Wall von unten hinanrücken.

14. *concursatorem hostem*] attributiver Gebrauch des Substantivs = „ein stets im Plänkelgefecht kämpfender Feind“. Als solchen schildert noch Cäsar bell. civ. 1, 44 die Lusitanier; den Gegensatz bildet der *hostis statarius* und die *stabilis pugna* wie bei den Römern.

pugna eluditur] Ausdruck der Fechterschule: durch eine Wendung entschlüpfen, ausweichen; meist *aliquem eludere*: **22**, 18, 3 *hostem — elusit.*

inpegere] „sie schleuderten ihn zurück“, starker Ausdruck. 8, 6, 2 *inpactus imo ita est saxo, ut sopiretur.*

15. *mollioris ascensus*] *mollis* wie **21**, 37, 3 *mollire* von Abhängen: sanft machen; bei Liv. nur hier.

17. *hoc tumultu*] „bei und infolge dieser Verwirrung“; freier Gebrauch des temporalen Ablativ. **31**, 28, 6 *adventu Romanorum fidem mutare* u. a.

20. *aeque atque*] das uns häfs-

atque hostis timebant. caesa igitur ad octo milia hominum.

Hasdrubal iam antequam dimicaret pecunia rapta ele- 19
phantisque praemissis, quam plurumos poterat de fuga exci-
piens praeter Tagum flumen ad Pyrenaeum tendit. Scipio 2
castris hostium potitus, cum praeter libera capita omnem
praedam militibus concessisset, in recensendis captivis decem
milia peditum, duo milia equitum invenit. ex iis Hispanos
sine pretio omnes domum dimisit, Afros vendere quaestorem
iussit. circumfusa inde multitudo Hispanorum et ante dedito- 3
rum et pridie captorum regem eum ingenti consensu appel-
lavit. tum Scipio silentio per praeconem facto sibi maximum 4
nomen imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellas-
sent; regium nomen, alibi magnum, Romae intolerabile esse. 5
regalem animum in se esse; si id in hominis ingenio
amplissimum ducerent, taciti iudicarent, vocis usurpatione ab-
stinerent. sensere etiam barbari magnitudinem animi, cuius 6
miraculo nominis alii mortales stuperent, id ex tam alto fas-
tigio aspernantis.

Dona inde regulis principibusque Hispanorum divisa, et 7
ex magna copia captorum equorum trecentos, quos vellet, eli-
gere Indibilem iussit. cum Afros venderet iussu imperatoris 8
quaestor, puerum adultum inter eos forma insigni cum audisset
regii generis esse, ad Scipionem misit. quem cum percunc- 9

lich klingende *aeque atque* vermeidet selbst Cicero nicht. Philipp. II, 37, 94 *aeque atque huic ordini.*

c. 19, 1. *in recensendis captivis*] der Ablativ mit der Präposition ist auffallend, da ein Grund zur Vermeidung des einfachen *recensens* nicht zu finden ist.

3. *regem — appellavit*] „rief ihn zum König aus“. Die Sitte römischer Soldaten, nach gewonnener Schlacht den Anführer als „*imperator*“ zu begrüfsen (*appellare*), ist mit Veränderung des Titels nachgeahmt.

5. *regalem animum*] „eines Königs würdiger Sinn“; dagegen *regius* = „einem König gehörig“; ein Unterschied, den Liv. jedoch nicht fest hält. **29**, 31, 12 *vix regium videbatur.* **1**, 47, 4 *regale solium.*

in — ingenio amplissimum] „an — einem Geiste für besonders anerkennenswert“; **30**, 17, 11 *id sibi amplum apud populares futurum esse* „werde ihm Anerkennung verschaffen“.

taciti iudicarent] „das unausgesprochene Urteil fällen“; Liv. liebt ähnliche Verbindungen, wie: *tacita confessio, divinatio, cogitatio, suspicio, maestitia; tacitus metus, tacitae ambages, tacitum gaudium* u. a. = unausgesprochenes Geständnis u. s. f.

6. *cuius miraculo — stuperent*] „ein Titel, über dessen Erhabenheit andere staunten“; *miraculum*: das Wunderbare, stets mit abhängigen Genitiven verbunden: wie *rei, rei novae.*

ex tam alto fastigio] „der von einem so erhabenen Standpunkte aus eine Krone verschmähte“. *fastigium* eig.: Giebel, ist bei Liv. oft = hoher Standpunkt; daher stets *altum, tantum fastigium* (bei Cicero nicht).

taretur Scipio, quis et cuias et cur id aetatis in castris fuisset,
Numidam esse se ait, Massivam populares vocare; orbum a
patre relictum, apud maternum avum Galam, regem Numida-
rum, educatum, cum avunculo Masinissa, qui nuper cum equi-
tatu subsidio Carthaginiensibus venisset, in Hispaniam traie-
10 cisse. prohibitum propter aetatem a Masinissa numquam ante
proelium inisse; eo die, quo pugnatum cum Romanis esset,
inscio avunculo, clam armis equoque sumpto in aciem exisse;
11 ibi prolapso equo effusum in praeceps captum ab Romanis
esse. Scipio cum adservari Numidam iussisset, quae pro tri-
bunali agenda erant, peragit; inde cum se in praetorium re-
cepisset, vocatum eum interrogat, velletne ad Masinissam re-
12 verti. cum effusis gaudio lacrimis cupere vero diceret, tum
puero anulum aureum, tunicam lato clavo cum Hispano sagulo
et aurea fibula equumque ornatum donat, iussisque prosequi,
quoad vellet, equitibus dimisit.

20 De bello inde consilium habitum. et auctoribus quibus-
2 dam, ut confestim Hasdrubalem consequeretur, anceps id ratus,
ne Mago atque alter Hasdrubal cum eo iungerent copias, prae-
sidio tantum ab insidendum Pyrenaeum misso ipse reliquum
aestatis recipiendis in fidem Hispaniae populis absumpsit.
3 paucis post proelium factum ad Baeculam diebus, cum Scipio
rediens iam Tarraconem saltu Castulonensi excessisset, Has-
drubal, Gisgonis filius et Mago imperatores ex ulteriore Hi-

9. *cuias*] „aus welchem Lande er wäre"; von dem Fragepronomen mit der für Gentilia gebräuchlichen Ableitungssilbe *as* gebildet, wie *nostras, vestras* u. a. (nachklassisch). Dazu ist aus *fuisset* hier *esset* zu ergänzen; vgl. **23**, 34, 5 *qui et unde et quo tenderent cursum.*

id aetatis] = adverbiell gebrauchter Accusativ: „in solchem (jungen) Alter". **10**, 24, 6 *quid se — id aetatis sollicitassent* (der Umgangssprache entlehnt).

Massivam populares vocare] der naiven Ausdrucksweise des Volkes entspricht es, den eigenen Namen als von anderen gegeben zu bezeichnen: **2**, 12, 9. *Romanus sum, inquit, civis; C. Mucium vocant.*

11. *effusum in praeceps*] *effundo,* auch *deicio* und *excutio* = abwerfen, von Pferden und anderen Reittieren. c. 32, 5 *cum — super caput regem effudisset.*

adservari] „in Gewahrsam halten", ohne Nebenbegriff der Härte oder Strafe. c. 47, 9 *duces parum intente adservati.*

12. *cupere vero*] *vero* ist aus der direkten Rede beibehalten; **28**, 9, 8 *se vero ea — decernere.* **3**, 43, 6. *profecto ab suis interfectum memorantes.*

anulum] = die Abzeichen eines Senators. vgl. c. 4, 8. *sagulum* und *fibula* werden mehrfach verschenkt an Ritter; **39**, 31, 18 *praetor suos equites catellis ac fibulis donavit.*

equum ornatum] geschmückt mit *phaleris,* wie die Pferde vornehmer Römer.

c. **20**, 1. *consequeretur*] „nachsetzen"; gewöhnlich = verstärktes *sequi;* oder wie **1**, 48, 4. *fugientem consequi* = einholen.

anceps id ratus] „er hielt es für bedenklich". Von dem hierin enthaltenen Begriff der Besorgnis hängt *ne* ab. Die Bemerkung ist ein schwacher Versuch, den grofsen Fehler, dafs Scipio den Hasdrubal nach Italien durchkommen liefs, zu entschuldigen.

spania ad Hasdrubalem venere, serum post male gestam rem
auxilium, consilio in cetera exequenda belli haud parum op-
portuni. ibi conferentibus, quid in cuiusque provinciae regione 4
animorum Hispanis esset, unus Hasdrubal Gisgonis ultimam
Hispaniae oram, quae ad Oceanum et Gadis vergit, ignaram
adhuc Romanorum esse, eoque Carthaginiensibus satis fidam
censebat; inter Hasdrubalem alterum et Magonem constabat 5
beneficiis Scipionis occupatos omnium animos publice privatim-
que esse, nec transitionibus finem ante fore, quam omnes Hi-
spani milites aut in ultima Hispaniae amoti aut traducti in
Galliam forent. itaque, etiam si senatus Carthaginiensium 6
non censuisset, eundum tamen Hasdrubali fuisse in Italiam,
ubi belli caput rerumque summa esset, simul ut Hispanos omnis
procul ab nomine Scipionis ex Hispania abduceret: exercitum 7
eius cum transitionibus tum adverso proelio imminutum Hi-
spanis repleri militibus, et Magonem Hasdrubali Gisgonis filio
tradito exercitu ipsum cum grandi pecunia ad conducenda mer-
cede auxilia in Baliaris traicere; Hasdrubalem Gisgonis cum 8
exercitu penitus in Lusitaniam abire nec cum Romano manus
conserere; Masinissae ex omni equitatu, quod roboris esset,
tria milia equitum expleri, eumque vagum per citeriorem Hi-
spaniam sociis opem ferre, hostium oppida atque agros popu-
lari. his decretis ad exequenda, quae statuerant duces digressi.
haec eo anno in Hispania acta.

Romae fama Scipionis in dies crescere, Fabio Tarentum 9
captum astu magis quam virtute gloriae tamen esse, Fulvi

3. *consilio — opportuni*] „rechtzeitig für eine Beratung". *auxilio — consilio* sind asyndetische Gegensätze in chiastischer Stellung.

in cetera exequenda belli] „betreffs der ferneren Führung des Krieges". *consilio in cetera* ist konstruiert wie c. 6, 8 *exempla in rem.* — Das Neutrum *in cetera* ist durch *belli* näher bestimmt wie **30**, 2, 6 *ad incerta belli.* **25**, 15, 20. *ad subita belli.*

haud parum] Litotes = „sehr wohl". findet sich bei Liv. nur 4mal, *non parum* (das Cicero hat) gar nicht.

4. *in cuiusque provinciae regione*] „in der Gegend ihrer Amtsbezirke", *provincia* in ursprünglichem Sinne, ohne räumliche Nebenbedeutung. vgl. c. 35, 10 *provinciae — permixtae regionibus.*

adhuc] „noch"; ist in indirekter Rede beibehalten; Liv. wendet *adhuc* oft von der Vergangenheit an. c. 40, 8. *plenum adhuc irae.*

eoque] „und daher"; erst seit der augusteischen Sprachperiode = *ideoque.*

7. *repleri — traicere*] diese und die folgenden Infinitive hängen von einem zu ergänzenden Verbum des Beschliefsens ab, dessen Stellung bei *itaque* § 6 sein müfste.

8. *Masinissae — expleri*] „es solle ihm die volle Zahl von 3000 gegeben werden"; *explere* = *numerum explere* = eine Zahl voll machen; dagegen § 7. *replere* = Lücken ergänzen.

c. **20**, 9—**21**. Anklage des Marcellus, Wahlen und Verhandlungen in Rom.

9 *astu magis quam virtute*] *astu* bei Liv. nur im Ablativ. **42**, 47, 5 *astu magis, quam vera virtute.*

10 senescere fama, Marcellus etiam adverso rumore esse, super-
quam quod primo male pugnaverat, quia vagante per Italiam
Hannibale media aestate Venusiam in tecta milites abduxisset.
11 inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus plebis. is iam
a prima pugna, quae adversa fuerat, adsiduis contionibus in-
famem invisumque plebei Claudium fecerat, et iam de imperio
12 abrogando eius agebat, cum tamen necessarii Claudi obtinue-
runt, ut relicto Venusiae legato Marcellus Romam veniret ad
purganda ea, quae inimici obicerent, nec de imperio eius
13 abrogando absente ipso ageretur. forte sub idem tempus et
Marcellus ad deprecandam ignominiam et Q. Fulvius consul
21 comitiorum causa Romam venit. Actum de imperio Marcelli
in circo Flaminio est ingenti concursu plebisque et omnium
2 ordinum; accusavitque tribunus plebis non Marcellum modo
sed omnen nobilitatem: fraude eorum et cunctatione fieri, ut
Hannibal decimum iam annum Italiam provinciam habeat,
3 diutius ibi quam Carthagine vixerit. habere fructum imperi
prorogati Marcello populum Romanum: bis caesum exercitum
4 eius aestiva Venusiae sub tectis agere. hanc tribuni orationem
ita obruit Marcellus commemoratione rerum suarum, ut non

senescere fama] deutsch mit anderer Metapher: „seine Lorbeeren welkten"; *senescere* verbindet Liv. gern mit Abstrakten: *pugna*, *consilia, bellum*; von Menschen häufiger *consenescere.*

adverso rumore esse] *adversus* und *secundus* werden auf alles, was hinderlich oder förderlich ist, übertragen. **44**, 22, 10. *contra adversum rumorem*; Gegensatz: *secunda sua fama* (*rem gerere*). c. 10, 13.

10. *superquam quod*] findet sich allein bei Liv. und bei ihm nur noch **22**, 3, 14; häufiger *praeterquam quod*; beides = aufserdem, dafs. Auch *extraquam*, *ultraquam, contraquam*, *insuperquam* finden sich bei Liv.

11. *de imperio abrogando eius*] man erwartet *ei abrogando*; vgl. jedoch § 12 u. c. 21, 14. *de imperio eius abrogando.* — Eine Absetzung auf Volksbeschlufs *(abrogatio)* wird sehr selten ausgeführt, da es Staatsgrundsatz war, dafs jeder Beamte nur freiwillig abtreten dürfe *(abdicatio imperii)*.

12. *cum tamen — obtinuerunt*] das dem Hauptsatz nachgestellte *cum tamen* führt einen gleichzeitig stattfindenden Gegensatz mit Nachdruck ein: = „dennoch aber"; stets mit Indikativ.

ad purganda ea] der Gegenstand, wegen dessen man sich rechtfertigt, steht bei *purgare* wie *deprecari* oft im Accusativ. **38**, 48, 13 *suscepti belli purgatum est crimen.*

c **21**, 1. *in circo Flaminio*] eine Wiese an dem Tiber, *prata Flaminia,* wird schon 449 als Ort der Volksversammlung genannt; später wurde dort der *circus Flaminius* von dem am trasimenischen See gefallenen Konsul Fl. erbaut.

2. *provinciam habeat*] das lange Verweilen H's in Italien heifst **30**, 20, 9 *diutina possessio* und wird mehrfach mit Gleichnissen aus dem Eigentumsrecht bezeichnet: **22**, 44, 6 *velut usu cepisset Italiam.*

3. *habere fructum*] in direkter Rede bildete dies offenbar den Redeschlufs *(peroratio)* des Tribunen, den man gern mit *habes, habetis* einführt. **23**, 10, 7 *habetis libertatem, Campani, quam petistis.*

4. *ita — obruit*] eig. er deckte zu = widerlegte. *obrui* ist selten

rogatio solum de imperio eius abrogando antiquaretur, sed
postero die consulem eum ingenti consensu centuriae omnes
crearent. additur conlega T. Quinctius Crispinus, qui tum prae- 5
tor erat. postero die praetores creati P. Licinius Crassus
Dives, pontifex maximus, P. Licinius Varus, Sex. Iulius Caesar,
Q. Claudius Flamen.

Comitiorum ipsorum diebus sollicita civitas de Etruriae 6
defectione fuit. principium eius rei ab Arretinis fieri C. Cal-
purnius scripserat, qui eam provinciam pro praetore obtinebat.
itaque confestim eo missus Marcellus consul designatus, qui 7
rem inspiceret, ac, si digna videretur, exercitu accito bellum
ex Apulia in Etruriam transferret. eo metu conpressi Etrusci
quieverunt. Tarentinorum legatis pacem petentibus cum liber- 8
tate ac legibus suis responsum ab senatu est, ut redirent, cum
Fabius consul Romam venisset. — Ludi et Romani et plebei 9
eo anno in singulos dies instaurati. aediles curules fuere
L. Cornelius Caudinus et Ser. Sulpicius Galba, plebei C. Ser-
vilius et Q. Caecilius Metellus. Servilium negabant iure aut 10
tribunum plebis fuisse aut aedilem esse, quod patrem eius,
quem triumvirum agrarium occisum a Boiis circa Mutinam
esse opinio per decem annos fuerat, vivere atque in hostium
potestate esse satis constabat.

Undecimo anno Punici belli consulatum inierunt M. Mar- 22
cellus quintum — ut numeretur consulatus, quem vitio creatus

in eigentlichem Sinne wie: *obrui nube;* meist übertragen: *sceleribus, foenore* = erdrückt werden von.

6. *principium — fieri*] der Inf. Präs. steht, weil der Anfang im Werden und noch kein eigentlicher Aufstand da ist.

7. *qui rem inspiceret*] neben *ad res inspiciendas* gewöhnliche Wendung für Einsetzung von Revisionskommissionen; ferner **29**, 12, 5 *ad visendas res*, **42**, 5, 8. *ad res adspiciendas.*

digna] erg. *exercitu acciendo.* Das Adjektiv relativ *dignus* ohne Objekt hat sonst das Substantiv *causa* bei sich: **21**, 6, 4. *quibus si videretur digna causa.*

8. *cum libertate ac legibus suis*] unter Garantie ihrer politischen und civilen Autonomie; gewöhnliche Bestimmung bei *foederibus aequis*: **30**, 37, 2 *ut liberi legibus suis viverent.*

9. *ludi et Romani et plebei*] zu *Romani* c. 6, 19. Die *ludi plebei* wurden von den plebeischen Ädilen auf Kosten des Staates gegeben.

in singulos dies] „auf je einen Tag", bezieht sich auf beide Gattungen von Spielen.

10. *triumvirum agrarium*] er war Mitglied einer Kommission für Landverteilung an römische Kolonisten gewesen. **21**, 25, 3.

negabant — iure fuisse] auch **30**, 19, 9 sagt Liv.: *latum ad populum est, ne C. Servilio fraudi esset, quod patre, qui sella curuli sedisset, vivo, cum id ignoraret, tribunus plebis atque aedilis plebis fuisset, contra quam sanctum legibus erat.* Von dieser Rücksicht ist sonst nichts bekannt.

c 22. Vorbereitungen für das neue Kriegsjahr. Provinzen- und Heeresverteilung.

1. *ut numeretur*] „gesetzt, dafs man mitrechnet". Marcellus war im Jahre 215 gewählt, aber wegen eines Donners bei Amtsantritt mufste er zurücktreten. **23**, 31, 13.

2 non gessit — et T. Quinctius Crispinus. utrisque consulibus Italia decreta provincia est et duo consulum prioris anni exercitus — tertius Venusiae tum erat, cui Marcellus praefuerat — ita ut ex tribus eligerent duo, quos vellent, tertius ei tra-
3 deretur, cui Tarentum et Sallentini provincia evenisset. ceterae provinciae ita divisae: praetoribus P. Licinio Varo urbana, P. Licinio Crasso, pontifici maximo, peregrina et quo senatus censuisset, Sex. Iulio Caesari Sicilia, Q. Claudio Flamini Taren-
4 tum. prorogatum in annum imperium est Q. Fulvio Flacco, ut provinciam Capuam, quae T. Quincti praetoris fuerat, cum
5 una legione obtineret. prorogatum et C. Hostilio Tubulo est, ut pro praetore in Etruriam ad duas legiones succederet C. Calpurnio. prorogatum et L. Veturio Philoni est, ut pro praetore Galliam eandem provinciam cum isdem duabus legio-
6 nibus obtineret, quibus praetor obtinuisset. quod in L. Veturio, idem in C. Aurunculeio decretum ab senatu latumque de prorogando imperio ad populum est, qui praetor Sardiniam provinciam cum duabus legionibus obtinuerat. additae ei ad praesidium provinciae quinquaginta longae naves, quas P. Scipio
7 ex Hispania misisset. et P. Scipioni et M. Silano suae Hispaniae suique exercitus in annum decreti; Scipio ex octoginta navibus, quas aut secum ex Italia adductas aut captas Carthagine habebat, quinquaginta in Sardiniam tramittere iussus,
8 quia fama erat magnum navalem apparatum eo anno Carthagine esse, ducentis navibus omnem oram Italiae Siciliaeque
9 ac Sardiniae inpleturos. et in Sicilia ita divisa res est: Sex. Caesari exercitus Cannensis datus est; M. Valerius Laevinus — ei quoque enim prorogatum imperium est — classem, quae

2. *utrisque consulibus*] schon Cäsar hat bisweilen und Liv. oft den Plural von *uterque* gesetzt, auch wenn auf beiden Seiten nur ein Nomen im Singular sich befindet: *utraque cornua*, *utraeque manus*, *utrique censores*.

3. *peregrina et quo senatus censuisset*] der Prätor steht zur Disposition des Senates. c. 7, 8.

4. *prorogatum in annum imperium est*] beachte in den folgenden §§. die regelmäfsige Wiederkehr dieser Wortfolge in der offiziellen Formel; ebenso regelmäfsig folgt der erhaltene Auftrag mit *ut*.

5. *in Etruriam ad — legiones*] bei *succedere* steht der Ort, nach welchem hin der Nachfolger sich begiebt mit *in* c. acc.; wie c. 7, 9. *in Etruriam succederet*; *ad* fügt eine zweite speziellere Ortsbestimmung bei.

cum isdem — quibus] bei dem an eine Präpositionalverbindung sich anschliefsenden Relativ wird die Präposition meist nicht wiederholt. 22, 9, 10 *in eodem, quo ante — statu.*

7. *suae Hispaniae*] *suae* weil die Provinz nach langer Verwaltung gleichsam zu ihnen gehört. vgl. 28, 42, 2. *Hispaniae tuae.*

8. *Siciliaeque ac Sardiniae*] vgl. *Galliam Siciliamque ac Sardiniam* 24, 11, 2. u. sonst. Diese Verbindung hat zuerst Vergil, in Prosa zuerst Liv.

9. *datus est — obtineret — traiceret*] aus der Erzählung geht

ad Siciliam erat, navium septuaginta obtineret; adderet eo tri-
ginta naves, quae ad Tarentum priore anno fuerant; cum ea
centum navium classe, si videretur ei, praedatum in Africam
traiceret. et P. Sulpicio, ut eadem classe Macedoniam Grae- 10
ciamque provinciam haberet, prorogatum in annum imperium
est. de duabus, quae ad urbem Romam fuerant, legionibus
nihil mutatum. supplementum, quo opus esset, ut scriberent 11
consulibus permissum. una et viginti legionibus eo anno de-
fensum imperium Romanum est. et P. Licinio Varo praetori 12
urbano negotium datum, ut navis longas triginta veteres refi-
ceret, quae Ostiae erant, et viginti novas navis sociis navalibus
conpleret, ut quinquaginta navium classe oram maris vicinam
urbi Romanae tueri posset. C. Calpurnius vetitus ab Arretio 13
movere exercitum, nisi cum successor venisset; idem et Tubulo
imperatum, ut inde praecipue caveret, ne qua nova consilia
orerentur.

Praetores in provincias profecti; consules religio tenebat, 23
quod prodigiis aliquot nuntiatis non facile litabant. et ex 2
Campania nuntiata erant, Capuae duas aedis, Fortunae et
Martis, et sepulcra aliquot de caelo tacta, Cumis — adeo
minimis etiam rebus prava religio inserit deos — mures in
aede Iovis aurum rosisse, Casini examen apium ingens in foro 3
consedisse, et Ostiae murum portamque de caelo tactam, Caere
vulturium volasse in aedem Iovis, Vulsiniis sanguine lacum
manasse. horum prodigiorum causa diem unum supplicatio 4
fuit. per dies aliquot hostiae maiores sine litatione caesae,

Liv. in die Form des Befehles über; bei Wiedergabe von Beschlüssen nicht selten.

12. *conpleret*] von Einschiffung der Soldaten und Bemannung sagt Liv. stets *conplere*. **22**, 11, 7 *navibus — conpletis milite ac navalibus sociis*.

13. *ne qua nova consilia orerentur*] von gefahrdrohenden Plänen und Unternehmungen ist stehend: *fraus, motus, tumultus, iniuria oritur*. **22**, 43, 2. *nova consilia — oriebantur*.

c. **23**. Prodigien. Apollinische Spiele.

1. *non facile litabant*] wie *καλλιερεῖν* = günstige Opferzeichen erlangen. c. 23, 4. *hostiae — sine litatione caesae*. Ebenso *perlitatum est*. **36**, 1, 3. **9**, 14, 4. *litatum est — egregie*. **8**, 9, 1.

2. *et ex Campania*] *et* = „und zwar"; eine zweite Gruppe folgt §. 3 *et Ostiae*.

prava religio inserit deos] „der Aberglaube findet Gottes Finger in den geringsten Kleinigkeiten." *inserere* in übertragenem Sinne stets mit dem Dativ.

aurum rosisse] vgl. **30**, 2, 9. *aurum in Capitolio corvi non lacerasse tantum rostris crediti, sed etiam edisse; mures Antii coronam auream adrosere*.

3. *examen apium*] das Erscheinen von Bienenschwärmen oder Wespen **35**, 9, 4. galt als *prodigium*.

4. *prodigiorum causa*] mit feststehender Wendung sagt Liv. *prodigiorum causa supplicatio fuit, res divinae factae, libri aditi*; daneben *ob* oder *propter id prodigium supplicatio fuit* u. s. w.

diuque non impetrata pax deum. in capita consulum re pu-
blica incolumi exitiabilis prodigiorum eventus vertit.
5 Ludi Apollinares Q. Fulvio Ap. Claudio consulibus a
P. Cornelio Sulla praetore urbano primum facti erant; inde
omnes deinceps praetores urbani fecerant; sed in unum annum
6 vovebant dieque incerta faciebant. eo anno pestilentia gravis
incidit in urbem agrosque, quae tamen magis in longos mor-
7 bos quam in perniciabilis evasit. eius pestilentiae causa et
supplicatum per compita tota urbe est, et P. Licinius Varus
praetor urbanus legem ferre ad populum iussus, ut ii ludi in
perpetuum in statam diem voverentur. ipse primus ita vovit,
fecitque ante diem tertium idus Quintilis. is dies deinde
sollemnis servatus.

24 De Arretinis et fama in dies gravior et cura crescere
patribus. itaque C. Hostilio scriptum est, ne differret obsides
ab Arretinis accipere, et, cui traderet Romam deducendos,
2 C. Terentius Varro cum imperio missus. qui ut venit, ex-
templo Hostilius legionem unam, quae ante urbem castra
habebat, signa in urbem ferre iussit, praesidiaque locis idoneis
disposuit; tum in forum citatis senatoribus obsides imperavit.
3 cum senatus biduum ad considerandum peteret, aut ipsos ex-

diuque non impetrata pax deum] von der Bitte um göttliche Gnade sagt Liv.: *pacem deum exposcere*; von der Erlangung: *pacem deum impetrare*, seltener *invenire*.

in capita consulum — vertit] „er wandte sich gegen das Haupt, kam auf das H.“ Der Ausdruck ist entlehnt von der für Bezeichnung der Todesstrafe gebräuchlichen Wendung: **45**, 10, 11 (*omnia*) *in caput noxiorum versura*.

5. *ludi Apollinares*] vgl. c. 11, 6.

6. *longos morbos*] langwierige, chronische Krankheiten; Gegensatz: *breves acutique*.

perniciabilis] „verheerende Seuchen“; das Adjektiv ist wie §. 4 *exitiabilis* gebildet und scheint sich vor Liv. nicht zu finden.

evasit in] „nahm den Ausgang zu, schlug aus in“. vgl. **2**, 42, 11. *eo evásere*.

7. *in statam diem*] ist altertümlicher Ausdruck der Gerichts- und Geschäftssprache, nur erhalten in *statum tempus*, *statum ludicrum*, *status locus*.

vovit fecitque] vgl. c. 11, 6 *voti factique*, *voveret faceretque*.

deinde sollemnis servatus] „er wurde in der Folge als Feiertag beibehalten“. Zum Gebrauche von *deinde* **1**, 35, 9. *sollemnes deinde annui mansere ludi* u. c. 13, 8.

c. **24.** Gährung in Etrurien.

1. *fama — gravior*] „das Gerücht wurde bedrückender, bedenklicher“; **28**, 24, 1. *gravi morbo implicitus, graviore tamen fama*. Aus *crescere* ist *esse* zu entnehmen.

ne differret — accipere] „er solle sich ohne Aufschub geben lassen“; *differre* bei Liv. stets temporal, regiert den Infinitiv, was vor Liv. nur dichterisch ist; dagegen hat er *non differo* mit *quin* verbunden.

2. *signa in urbem ferre*] „in die Stadt einrücken“. *signa ferre* = sich in Marsch setzen, hat oft eine Ortsbestimmung bei sich: *ad urbem* u. a.

3. *biduum ad considerandum*] „zwei Tage Bedenkzeit.“ *biduum*, *triduum* und *quadriduum* sind ganz Substantiva geworden, daher mit Attribut: **30**, 8, 4. *per insequens biduum*.

aut dare — aut se sumpturum

templo dare aut se postero die senatorum omnis liberos sump-
turum edixit. inde portas custodire iussit tribunos militum
praefectosque socium et centuriones, ne quis nocte urbe exiret.
id segnius neglegentiusque factum: septem principes senatus, 4
priusquam custodiae in portis locarentur, ante noctem cum
liberis evaserunt. postero die luce prima, cum senatus in 5
forum citari coeptus esset, desiderati, bonaque eorum venie-
7. *ita, quod*] die Stellung des Relativsatzes wie **24**, 6, 1 *ita, quod unum vinculum cum Romanis societatis erat*.

memorando] = *memorabili*; beides gleich häufig bei Liv. **23**, 44, 4 *memorabilis inter paucas*.

tum aedilis erat] wenn die Parenthese nicht mit *enim, autem, et* eingeführt wird, so tritt ein betontes Wort an ihre Spitze: **33**, 48, 5. *tum media aestas forte erat*.

8. *ludos magnos*] c. 6, 19 *ludi Romani* genannt. Zu *fecerat — voverat* vgl. c. 11, 6.

sulibus fecerat et in quinquennium voverat. tum dictator et
9 fecit ludos et in insequens lustrum vovit. ceterum cum duo
consulares exercitus tam prope hostem sine ducibus essent,
omnibus aliis omissis una praecipua cura patres populumque
incessit consules primo quoque tempore creandi, et ut eos
crearent potissimum, quorum virtus satis tuta a fraude Punica
10 esset: cum toto eo bello damnosa praepropera ac fervida in-
genia imperatorum fuisse, tum eo ipso anno consules nimia
cupiditate conserendi cum hoste manum in necopinatam fraudem
11 lapsos esse; ceterum deos immortalis, miseritos nominis Romani,
pepercisse innoxiis exercitibus, temeritatem consulum ipsorum
capitibus damnasse.

34 Cum circumspicerent patres, quosnam consules facerent,
2 longe ante alios eminebat C. Claudius Nero; ei conlega quae-
rebatur. et virum quidem eum egregium ducebant, sed promp-
tiorem acrioremque, quam tempora belli postularent aut hostis
3 Hannibal; temperandum acre ingenium eius moderato et pru-
denti viro adiuncto conlega censebant. M. Livius erat, multis
4 ante annis ex consulatu populi iudicio damnatus, quam igno-
miniam adeo aegre tulerat, ut rus migraret et per multos
5 annos et urbe et omni coetu caruerit hominum. octavo ferme
post damnationem anno M. Claudius Marcellus et M. Valerius
Laevinus consules redduxerant eum in urbem; sed erat veste

9. *cura patres — incessit*] die häufige Wendung *cura incessit* verbindet Liv. fast ausnahmslos mit dem Accusativ; mit dem Dativ (wie auch Sallust) **4**, 57, 10 *cura patribus incessit.*

tuta a fraude] wie bei *defendo a* denkt der Lateiner auch hier an das Entfernen von einer schädlichen Sache. **28**, 19, 1. *a bello — quietae.*

10. *damnosa*] das von Liv. mehrfach auch im Komparativ und Superlativ angewendete *damnosus* scheint einer älteren Latinität anzugehören: mit einem Rechtsnachteil verbunden, schädlich.

praepropera ac fervida] „voreilige und hitzige". *praeproperus* stets vom Temperament; daher *praepropera celeritas, temeritas* u. a.

in fraudem — lapsos] bezeichnet das unmerkliche Geraten in eine Sache und zwar zum Schaden des Betreffenden. vgl. **3**, 50, 6 *in speciem crudelitatis lapsum* u. a.

11. *capitibus damnasse*] „mit dem eigenen Leben gestraft". vgl. c. 23, 4. *in capita consulum — eventus vertit.*

c. 34. *cum circumspicerent*] „als sie Umschau hielten"; häufiger *circumspectare*: ängstlich umschauen.

3. *moderato — conlega*] vgl. c. 15, 19. Die Häufung der Ablative ist ungewöhnlich. **30**, 40, 8 *concedente conlega, moderato viro et prudenti.*

ex consulatu damnatus] aus Veranlassung seines Konsulats. vgl. c. 33, 6.

populi iudicio] wegen *peculatus* im illyrischen Kriege; sein Mitangeklagter war L. Aemilius Paullus, der bei Cannae fiel.

4. *migraret — caruerit*] *migraret* als unmittelbare Folge des *aegre ferre* steht im Tempus der Erzählung; *caruerit* giebt vom Standpunkte des Schriftstellers eine ergänzende Thatsache an.

5. *erat obsoleta veste*] „er trug Trauerkleidung". *esse* mit ablat.

obsoleta capilloque et barba promissa, prae se ferens in vultu habituque insignem memoriam ignominiae acceptae. L. Vetu- 6
rius et P. Licinius censores eum tonderi et squalorem deponere et in senatum venire fungique aliis publicis muneribus coege-
runt. sed tum quoque aut verbo adsentiebatur aut pedibus in 7
sententiam ibat, donec cognati hominis eum causa M. Livi Macati, cum fama eius ageretur, stantem coegit in senatu
sententiam dicere. tunc ex tanto intervallo auditus convertit 8
ora hominum in se, causamque sermonibus praebuit, indigno iniuriam a populo factam, magnoque id damno fuisse, quod tam gravi bello nec opera nec consilio talis viri usa res
publica esset: C. Neroni neque Q. Fabium neque M. Valerium 9
Laevinum dari conlegam posse, quia duos patricios creari non
liceret; eandem causam in T. Manlio esse, praeterquam quod 10
recusasset delatum consulatum recusaturusque esset. egregium 11
par consulum fore, si M. Livium C. Claudio conlegam adiunxissent. nec populus mentionem eius rei ortam a patribus
est aspernatus. unus eam rem in civitate is, cui deferebatur 12
honos, abnuebat, levitatem civitatis accusans: sorditati rei non miseritos candidam togam invito offerre; eodem honores poe-
nasque congeri. si virum bonum ducerent, quid ita pro malo 13
ac noxio damnassent? si noxium comperissent, quid ita

qualitatis bezeichnet schon bei Cäsar Tracht und Kleidung: *Britanni capillo sunt promisso*: sie tragen langes Haar.

barba promissa] danach liefs man in jener Zeit gewöhnlich den Bart nicht wachsen.

insignem memoriam] „deutliche, kenntliche Erinnerung"; vgl. *insignire* = kenntlich machen; *insigne*: Kennzeichen.

6. *tonderi*] „sich scheren zu lassen". vgl. *exorari*: sich erweichen lassen; *moveri, flecti* u. a.

squalorem deponere] „Trauerkleidung abzulegen". 29, 16, 6 *obsiti squalore et sordibus*: in tiefer Trauer.

in senatum venire — cogebant] wäre er Senator gewesen, so hätte dies jeder Beamte gekonnt; er war daher wohl ausgestofsen und wurde von diesen Censoren wieder aufgenommen.

7. *verbo adsentiebatur*] merke die drei Abstimmungsarten: *verbo adsentiri, pedibus in sententiam ire, (stantem) sententiam dicere.*

M. Livi Macati] der c. 25, 1—5 erzählte Hergang.

8. *indigno*] „einem, der es nicht verdiente". Zum absoluten Gebrauch des Adjektivum relativum c. 21, 7.

10. *recusasset — recusaturusque esset*] deutsch mit Hinzufügung von „schon" und „noch"; so besonders bei Wiederholung von Formen desselben Zeitwortes: *et diximus et dicemus*; *qui mortui sunt, quibus moriendum est.*

11. *egregium par*] „ein treffliches Paar". 24, 9, 7 *tale consulum par.* 8, 29, 10 *par nobile.*

12. *abnuebat*] „er lehnte ab". Die abgelehnte Sache folgt entweder im Accus. als Objekt. c. 49, 3. *laborem*; oder im Infinitiv (letzteres vor Liv. dichterisch).

eodem congeri] *eodem* von Personen, wie *unde* 1, 49, 5 (auch bei Cicero).

13. *quid ita*] erg. *ut fecissent*; stets in mifsbilligendem Sinne; vgl. 32, 21, 13 in viermaliger Wiederholung u. 3, 40, 10.

si] = *si vero* oder *sin autem*, wie 8, 21, 4 *si bonam — si malam.*

14 male credito priore consulatu alterum crederent? haec taliaque
arguentem et querentem castigabant patres, et M. Furium
memorantes revocatum de exilio patriam pulsam sede sua
restituisse; ut parentium saevitiam sic patriae patiendo ac
15 ferendo leniendam esse. adnisi omnes cum <C.> Claudio M. Li-
vium consulem fecerunt.

35 Post diem tertium eius diei praetorum comitia habita.
praetores creati L. Porcius Licinus C. Mamilius C. et A. Ho-
stilii Catones. comitiis perfectis ludisque factis dictator et
2 magister equitum magistratu abierunt. C. Terentius Varro
in Etruriam pro praetore missus, ut ex ea provincia C. Ho-
stilius Tarentum ad eum exercitum iret, quem T. Quinctius
3 consul habuerat; et L. Manlius trans mare legatus iret viseret-
que, quae res ibi gererentur; simul, quod Olympiae ludicrum
ea aestate futurum erat, quod maximo coetu Graeciae cele-
braretur, ut, si tuto per hostem posset, adiret id concilium,
4 ut, qui Siculi bello ibi profugi aut Tarentini cives relegati ab
Hannibale essent, domos redirent scirentque sua omnia iis,
quae ante bellum habuissent, reddere populum Romanum.

5 Quia periculosissimus annus imminere videbatur, neque
consules in re publica erant, in consules designatos omnes
versi, quam primum eos sortiri provincias et praesciscere,
quam quisque eorum provinciam, quem hostem haberet, vole-
6 bant. de reconciliatione etiam gratiae eorum in senatu actum
7 est principio facto a Q. Fabio Maximo. inimicitiae autem
nobiles inter eos erant et acerbiores eas indigntioresque Livio
sua calamitas fecerat, quod spretum se in ea fortuna credebat.

male credito] „zum Schaden anvertraut". vgl. **1**, 50, 5. *bene crediderint*. **2**,7,11. *melius — creditur* u. a.

15. *adnisi omnes*] nämlich *patres*. — Das Asyndeton fügt als summativum den Abschlufs der Verhandlung an. — *adnitor*: verbum proprium von Bestrebungen für Jemandes Wahl u. a.

c. 35, 1. *diem tertium eius diei*] der hinzutretende Genitiv ist in Terminangaben bei Liv. selten; wie hier noch **8**, 11, 15. *post diem decimum Latinarum* = nach dem Latinischen Feste.

3. *quod ludicrum*] ist als Hauptbegriff vorangestellt und wird nach den Zwischensätzen mit *id concilium* noch einmal aufgenommen. Die Stellung der Relativsätze ist in Beschlufsformen mehrfach so; vgl. **23**, 14, 3. *qui — qui — eos*.

4. *ut — adiret — ut*] das erste *ut* ist Einleitung des Senatsbeschlusses, das zweite bezeichnet den Zweck der Sendung. c. 27, 2. *signum dedit, ut — miles esset paratus, ut — sequeretur*.

scirentque] „und so erführen". **29**, 17, 17. *miretur, qui sciat*: wer es erfährt.

5. *praesciscere*] ein archaisches, von Liv. wieder eingeführtes Zeitwort, auch bei ihm selten.

quam quisque] *quisque* von zwei Personen, wie c. 27, 5 *undique* von zwei Richtungen.

7. *inimicitiae autem nobiles*] *autem* ist erklärend, wie in Parenthesen. c. 28, 7 *perfuga autem*.

sua calamitas] das Reflexivpronomen ist auf den *casus obliquus* bezogen, was namentlich in der Bedeutung: „sein eigen" bei Liv. nicht selten ist.

itaque is magis inplacabilis erat et nihil opus esse reconcilia- 8
tione aiebat; acrius et intentius omnia gesturos timentis, ne
crescendi ex se inimico conlegae potestas fieret. vicit tamen 9
auctoritas senatus, ut positis simultatibus communi animo con-
silioque administrarent rem publicam. provinciae iis non 10
permixtae regionibus, sicut superioribus annis, sed diversae
extremis Italiae finibus, alteri adversus Hannibalem Bruttii et
Lucani, alteri Gallia adversus Hasdrubalem, quem iam Alpibus
adpropinquare fama erat, decreta. exercitum e duobus, qui in 11
Gallia quique in Etruria esset, addito urbano, eligeret, quem
mallet, qui Galliam esset sortitus; cui Bruttii provincia eve- 12
nisset, novis legionibus urbanis scriptis, utrius mallet consulum
prioris anni exercitum sumeret; relictum a consule exercitum 13
Q. Fulvius proconsul acciperet, eique in annum imperium esset.
et C. Hostilio, cui pro Etruria Tarentum mutaverant pro- 14
vinciam, pro Tarento Capuam mutaverunt; legio una data est,
cui Fulvius proximo anno praefuerat.

De Hasdrubalis adventu in Italiam cura in dies crescebat. 36
Massiliensium primum legati nuntiaverant eum in Galliam
transgressum, erectosque adventu eius, quia magnum pondus 2
auri attulisse diceretur ad mercede auxilia conducenda, Gallo-
rum animos. missi deinde cum iis legati ab Roma Sex. An- 3
tistius et M. Raecius ad rem inspiciendam rettulerant misisse
se cum Massiliensibus ducibus, qui per hospites eorum, prin-
cipes Gallorum, omnia explorata referrent; pro comperto 4
habere, Hasdrubalem ingenti iam coacto exercitu proximo
vere Alpis traiecturum, nec tum eum quicquam aliud morari,
nisi quod clausae hieme Alpes essent.

In locum M. Marcelli P. Aelius Paetus augur creatus 5

8. *crescendi ex se*] „auf seine Kosten sich zu erhöhen". **23**, 48, 10. *reipublicae, ex qua crevissent.* **29**, 37, 17.

11. *quem mallet*] namentlich da *e duobus* vorausgeht und § 12 *utrius mallet* folgt, sollte auch hier *utrum* stehen; ähnliche Ungenauigkeit: c. 35, 5.

12. *sumeret*] drückt aus, dafs die Wahl eine beschränkte ist; dagegen c. 38, 9. *eligendi de omnibus*, dafs sie eine unbeschränkte ist.

pro Etruria — mutaverant] *mutare* mit *pro* statt des Ablativ hat Liv. zuerst und nur noch **34**, 49, 6. *mutatos pro Macedonibus Romanos*; mit *cum* **21**, 45, 6. *mutatam secum fortunam.*

c. **36**, 1—4. Hasdrubals Rüstungen in Gallien.

2. *erectos adventu*] „durch sein Erscheinen in erwartungsvolle Spannung versetzt"; auch *erectus in aliquam rem.* c. 38, 6 *in spem.*

ad — conducenda] das eingeschobene *mercede auxilia* verschmilzt mit *conducenda* zu einem Begriff, der von *ad* regiert wird. c. 20, 7. *ad conducenda mercede auxilia* u. ö.

4. *clausae — hieme*] statt *interclusae*; doch sagt Liv. mehrfach *clausae*, wo das Compositum zu erwarten wäre. c. 18, 9. *fugam clausurum.* c. 46, 6. *transitum clauderet* u. a.

c. **36**, 5—14. Religiöse Anordnungen, Provinzenverteilung.

inauguratusque; et Cn. Cornelius Dolabella rex sacrorum
inauguratus est in locum M. Marcii, qui biennio ante mortuus
6 erat. hoc eodem anno et lustrum conditum est a censoribus
7 P. Sempronio Tuditano et M. Cornelio Cethego. censa civium
capita centum triginta septem milia centum octo, minor ali-
8 quanto numerus, quam qui ante bellum fuerat. eo anno pri-
mum, ex quo Hannibal in Italiam venisset, comitium tectum
esse memoriae proditum est, et ludos Romanos semel instau-
9 ratos ab aedilibus curulibus Q. Metello et C. Servilio. et
plebei ludi biduum instaurati ab C. Mamilio et M. Caecilio
Metello aedilibus plebis; et tria signa ad Cereris eidem dede-
runt; et Iovis epulum fuit ludorum causa.
10 Consulatum inde ineunt C. Claudius Nero et M. Livius
iterum. qui quia iam designati provincias sortiti erant, praetores
11 sortiri iusserunt. C. Hostilio iurisdictio urbana evenit; addita et
peregrina, ut tres in provincias exire possent; A. Hostilio Sardinia,
12 C. Mamilio Sicilia, L. Porcio Gallia evenit. summa legionum
trium et viginti ita per provincias divisa: binae consulum
essent, quattuor Hispania haberet, binas tres praetores, in
13 Sicilia et Sardinia et Gallia, duas C. Terentius in Etruria,
duas Q. Fulvius in Bruttiis, duas Q. Claudius circa Tarentum
et Sallentinos, unam C. Hostilius Tubulus Capuae; duae ur-
14 banae ut scriberentur. primis quattuor legionibus populus
tribunos creavit, in ceteras consules miserunt.
37 Priusquam consules proficiscerentur, novendiale sacrum
2 fuit, quia Veis de caelo lapidaverat. sub unius prodigii, ut
fit, mentionem alia quoque nuntiata: Minturnis aedem Iovis

6. *lustrum conditum*] seit Beginn des Krieges waren zwei Lustra ausgefallen.

7. *censa civium capita*] da 10 Jahre vorher 270 713 Bürger gezählt waren, so wäre seitdem die Bevölkerung um mehr als die Hälfte gesunken.

8. *ex quo*] sowohl allein als mit vorausgehender Zeitbestimmung findet sich *ex quo* zuerst bei Liv. c. 50, 4. *per omnis dies, ex quo.*

comitium tectum] um den auf dem Comitium stattfindenden Spielen besser zuschauen zu können, überdachte man dasselbe mit Segeltuch: *velis.*

9. *Iovis epulum*] dies wird meistens mit *ludis plebeis*, bisweilen auch mit anderen verbunden, und davon in der stereotypen Formel berichtet: *Iovis epulum fuit ludorum causa.* Nur in diesem Sinne ist das alte *epulum* gebräuchlich.

14. *populus tribunos creavit*] ursprünglich werden von den Konsuln alle Militärtribunen gewählt; und zwar für jede der 4 jährlich auszuhebenden Legionen 6 = 24; nach 7, 5, 9. erhält 359 a. Ch. das Volk das Recht, 6 Tribunen zu wählen; **9**, 30 wählt es 16; wie hier alle Tribunen für die von den Konsuln zu führenden Legionen: **44**, 21, 2. Die von den Konsuln gewählten Tribunen erhalten den Spitznamen *Rufuli.* **7**, 5, 9.

c. 37. Prodigien.

1. *lapidare*] eig. = steinigen, findet sich nur bei Liv. unpersönlich = es regnet Steine; meist mit dem Zusatze *de coelo*; dies *prodigium* wird stets durch *novendiale sacrum* gesühnt.

et lucum Maricae, item Atellae murum et portam de caelo
tactam. Minturnenses, terribilius quod esset, adiciebant san- 3
guinis rivum in porta fluxisse, et Capuae lupus nocte portam
ingressus vigilem laniaverat. haec procurata hostiis maioribus 4
prodigia, et supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum.
inde iterum novendiale instauratum, quod in Armilustro lapi-
dibus visum pluere. liberatas religione mentes turbavit rursus 5
nuntiatum Frusinone natum esse infantem quadrimo parem,
nec magnitudine tam mirandum, quam quod is quoque, ut
Sinuessae biennio ante, incertus, mas an femina esset, natus
erat. id vero haruspices ex Etruria adciti foedum ac turpe 6
prodigium dicere, extorrem agro Romano, procul terrae contactu,
alto mergendum. vivum in arcam condidere, provectumque in
mare proiecerunt. decrevere item pontifices, ut virgines ter 7
novenae per urbem euntes carmen canerent. id cum in Iovis
Statoris aede discerent conditum ab Livio poeta carmen, tacta
de caelo aedis in Aventino Iunonis Reginae; prodigiumque id 8
ad matronas pertinere haruspices cum respondissent donoque
divam placandam esse, aedilium curulium edicto in Capitolium 9
convocatae, quibus in urbe Romana intraque decimum lapidem
ab urbe domicilia essent, ipsae inter se quinque et viginti de-
legerunt, ad quas ex dotibus stipem conferrent. inde donum 10

2. *lucum Maricae*] bei Minturnae an der Mündung des Liris; Marica wurde mit Circe identifiziert.

3. *Capuae*] seitdem Capua nach **26**, 33 *ager publicus* geworden ist, werden auch von dort Prodigien berichtet. **30**, 2, 10.

4. *in Armilustro*] dasselbe lag am Aventin und hatte den Namen von der dort stattfindenden feierlichen Waffenweihe; gew. Armilustrium.

5. *auditum*] = „die Nachricht“. Die substantivierten Part. Perf. Passiv. behalten genug verbale Kraft, um einen accus. c. inf. zu regieren. c. 45, 4. *auditum, — consulem advenisse.*

incertus] das Adjektiv *incertus* von Personen in passivem Sinne = *de quo dubitatur*, findet sich öfters. **30**, 35, 9. *incertos, socii an hostes essent.*

mas an femina] vgl. c. 11, 5. *androgynos*. **31**, 12, 8 *semimas.*

6. *extorrem*] dieses Verfahren verlangte die Volkssitte auch für Elternmörder; anderwärts wird berichtet, daſs Zwitterwesen auf einsame Inseln verbannt werden, oder verbrannt und die Asche in das Meer geworfen.

alto] *mergi aliqua re*, statt *in* c. accus. oder *in* c. ablat. ist bei Liv. nicht selten (**26**, 29, 4 *freto mergi*), sonst dichterisch.

7. *ter novenae*] feierlicher Ausdruck, der den gewöhnlichen (§ 12 *septem et viginti*) als Produkt der heiligen Zahl 3 erscheinen läſst. **31**, 12, 9. *ab ter novenis virginibus.*

Livio] Livius Andronicus, ein Grieche, kam 272 bei Einnahme von Tarent als Gefangener in die Sklaverei eines Livius, wurde freigelassen und lebte als Dichter und Schauspieler in Rom.

discerent] der Dichter selbst übt die Aufführenden ein; daher *fabulam docere* = ein Theaterstück zur Aufführung bringen; vgl. *διδάσκειν*.

9. *in Capitolium*] Beratungen der Matronen, in denen sie über ihr Vermögen verfügen, schon **5**, 25, 8. **22**, 1, 17—18.

stipem conferrent] = freiwillig beitragen zu religiösen Zwecken;

pelvis aurea facta lataque in Aventinum, pureque et caste a ma-
11 tronis sacrificatum. confestim ad aliud sacrificium eidem
divae ab decemviris edicta dies, cuius ordo talis fuit: ab aede
Apollinis boves feminae albae duae porta Carmentali in urbem
12 ductae; post eas duo signa cupressea Iunonis Reginae porta-
bantur; tum septem et viginti virgines, longam indutae vestem,
13 carmen in Iunonem Reginam canentes ibant, illa tempestate
forsitan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens et incon-
ditum, si referatur; virginum ordinem sequebantur decemviri
14 coronati laurea praetextatique. a porta Iugario vico in forum
venere. in foro pompa constitit, et per manus reste data vir-
15 gines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt. inde
vico Tusco Velabroque per Bovarium forum in clivum Publi-
cium atque aedem Iunonis Reginae perrectum. ibi duae hostiae
ab decemviris immolatae et simulacra cupressea in aedem inlata.
38 Deis rite placatis dilectum consules habebant acrius in-
tentiusque, quam prioribus annis quisquam meminerat habitum:
2 nam et belli terror duplicatus novi hostis in Italiam adventu,
3 et minus iuventutis erat, unde scriberent milites. itaque co-
lonos etiam maritimos, qui sacrosanctam vacationem dicebantur
habere, dare milites cogebant. quibus recusantibus edixere in
diem certam, ut, quo quisque iure vacationem haberet, ad
4 senatum deferret. ea die ad senatum hi populi venerunt:

altertümlich. **25**, 12, 14. *stipem Apollini — conferret.*

11. *pureque et caste*] = *caste ac religiose.* **7**, 20, 4. **10**, 7, 5; Gegensatz *inceste sacrificium facere.* **1**, 45, 6.

ab aede Apollinis] vor der *porta Carmentalis.*

boves feminae albae] die Zusetzung von *feminae*, obwohl durch *albae* das Geschlecht hinreichend bezeichnet ist, entspricht der Genauigkeit des sakralen Stiles. **25**, 12, 13. *bove femina aurata.*

12. *longam — vestem*] sog. griechischer Accusativ, den Liv. in die Prosa einführt. **21**, 7, 10 *adversum femur — ictus.*

13. *abhorrens*] der adjektivische Gebrauch der Part. Praesent. ist auf einzelne intransitive Verba beschränkt; daher sonst bei Liv. *horridus.* Die Attribute scheinen auszudrücken, dafs das Gedicht saturnisches Versmafs hatte.

14. *per manus reste data*] sie reichen ein Seil von Hand zu Hand (*per m.*), so dafs es schliefslich alle halten.

modulantes] sie regeln den Gesang durch Takttreten, wozu wohl rythmische Bewegungen des Körpers kommen.

in clivum — porrectum] man nahm die Richtung auf den *cl. Publicius*, über welchen man zum Aventin und an den Tempel der *Juno Regina* gelangte.

c. 38. Heeresrüstungen.

2. *belli terror*] = *periculum belli*; poetische, aber bei Liv. beliebte Wendung. c. 42, 2. *equestris terror* **1**, 2, 4 *tanti belli terrorem* u. a.

3. *colonos — maritimos*] die Kolonisten der Seestädte genossen unantastbare Befreiung vom Kriegsdienste (*sacrosanctam vacationem*); waren jedoch in ihrem Wohnorte zu stetem Garnisondienste verpflichtet.

edixere in diem certam, ut] statt *edixere senatum in diem certam, ad quem — deferret*; vgl. **1**, 50, 1. *in diem certam, ut ad lucum Feroniae conveniant, indicit.*

Ostiensis Alsiensis Antias Anxurnas Minturnensis Sinuessanus
et ab supero mari Senensis. cum vacationes suas quisque 5
populus recitaret, nullius, cum in Italia hostis esset, praeter
Antiatem Ostiensemque vacatio observata est, et earum colo-
niarum iuniores iure iurando adacti, supra dies triginta non
pernoctaturos se esse extra moenia coloniae suae, donec hostis
in Italia esset. cum omnes censerent primo quoque tempore 6
consulibus eundum ad bellum — nam et Hasdrubali occurren-
dum esse descendenti ab Alpibus, ne Gallos Cisalpinos neve
Etruriam erectam in spem rerum novarum sollicitaret, et 7
Hannibalem suo proprio occupandum bello, ne emergere ex
Bruttiis atque obviam ire fratri posset —, Livius cunctabatur,
parum fidens suarum provinciarum exercitibus: conlegam ex 8
duobus consularibus egregiis exercitibus et tertio, cui Q. Clau-
dius Tarenti praeesset, electionem habere; intuleratque men-
tionem de volonibus revocandis ad signa. senatus liberam 9
potestatem consulibus fecit et supplendi, unde vellent, et eli-
gendi de omnibus exercitibus, quos vellent permutandique ⟨et⟩
ex provinciis, quo e re publica censerent esse, traducendi. ea 10
omnia cum summa concordia consulum acta. volones in undevicen-
simam et vicensimam legiones scripti. magni roboris auxilia ex 11
Hispania quoque a P. Scipione M. Livio missa quidam ad id
bellum auctores sunt, octo milia Hispanorum Gallorumque et

4. *Alsiensis*] von *Alsium*, bei Cäre in Etrurien. — *Auxurnas*] von *Anxur*, später *Tarracina*; sonst *Anxuras* oder *Anxurus*.

5. *vacationes — recitaret*] „den Wortlaut der Befreiungsakte vorlas“.

Antiatem Ostiensemque] weil ersteres ganz Latium, letzteres speziell Rom und die Tibermündung deckte.

observata est] „wurde berücksichtigt“; mehrfach mit Negation: *non observare edicta*, *suffragia* = für nicht giltig erachten.

non pernoctaturos] sie erhalten wie Soldaten nur einen Urlaub; beim Herannahen der Cimbern wird ähnlich allen waffenfähigen Männern verboten, Italien zu verlassen.

6. *descendenti ab Alpibus*] eine Verlegung der Alpenpässe unterbleibt; vermutlich wegen der Haltung der Gallier.

7. *suo proprio — bello*] ein für ihn persönlich und ohne Gemeinsamkeit mit anderen bestimmter Krieg; **4**, 8, 4. *rem — suo proprio magistratu egere.*

emergere] hier mit einer auch bei Cicero gebräuchlichen Metapher: hervorkriechen, wie aus einem Versteck; sonst bei Liv. = Rettung finden, wie aus einem Schiffbruch: *ex saevitia fortunae*; *e naufragio culpae* u. a.

8. *intuleratque mentionem*] hier vom Konsul: einen Antrag einbringen; gewöhnlich *mentio inlata ab senatu*: vom Senat wurde angeregt.

de volonibus] es sind die 216 angeworbenen 8000 Sklaven, die **24**, 15—16 sich unter Gracchus die Freiheit erkämpfen, nach seinem Tode aber sich zerstreuen.

9. *ex provinciis*] die Konsuln erhalten für die Auswahl des Ersatzes (*supplendi*), die Zusammenstellung der Truppenteile zu Armeen (*eligendi — permutandi*) und die Verlegung des Kriegsschauplatzes (*ex provinciis — traducendi*) eine sonst unerhörte Vollmacht.

11. *quidam — auctores*] diese Gewährsmänner scheinen damit den

duo milia de legione militum, equitum mille, mixtos Numidas Hispanosque, M. Lucretium has copias navibus advexisse; et
12 sagittariorum funditorumque ad tria milia ex Sicilia C. Mamilium misisse.

39 Auxerunt Romae tumultum litterae ex Gallia allatae ab
2 L. Porcio praetore: Hasdrubalem movisse ex hibernis et iam Alpis transire; octo milia Ligurum conscripta armataque coniunctura se transgresso in Italiam esse, nisi mitteretur in Ligures, qui eos bello occuparet; se cum invalido exercitu,
3 quoad tutum putaret, progressurum. hae litterae consules raptim confecto dilectu maturius, quam constituerant, exire in provincias coegerunt ea mente, ut uterque hostem in sua provincia contineret neque coniungi aut conferre in unum vires
4 pateretur. plurimum in eam rem adiuvit opinio Hannibalis, quod, etsi ea aestate transiturum in Italiam fratrem crediderat, recordando, quae ipse in transitu nunc Rhodani nunc Alpium cum hominibus locisque pugnando per quinque menses exhau-
5 sisset, haudquaquam tam facilem maturumque transitum ex-
6 pectabat; ea tardius movendi ex hibernis causa fuit. ceterum Hasdrubali et sua et aliorum spe omnia celeriora atque expeditiora fuere. non enim receperunt modo Arverni eum deincepsque aliae Gallicae atque Alpinae gentes, sed etiam secutae
7 sunt ad bellum. et cum per munita pleraque transitu fratris, quae antea invia fuerant, ducebat, tum etiam duodecim annorum adsuetudine perviis Alpibus factis inter mitiora iam trans-
8 ibat hominum ingenia. invisitati namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra adsueti, omni generi

Fehler Scipios (c. 20, 2.) haben entschuldigen zu wollen.

de legione milites] = *legionarii*; ungewöhnlich nach Analogie von *homo de plebe* u. a. gebildet.

c. **39**. Hasdrubals Alpenübergang.

4 *in eam rem adiuvit*] „half zur Erreichung dieses Zieles". Bei *adiuvare* steht die zu erreichende Sache gewöhnlich mit *ad*; (**29**, 1, 18 *ad bellum*) oder die Thätigkeit, bei welcher die Unterstützung stattfindet, mit *in* c. abl. **23**, 5, 7 *in bello*.

6. *Arverni*] Bewohner der Auvergne.

deincepsque aliae] „in der Reihenfolge, wie sie am Wege lagen". — Meist steht vor *deinceps* ein Pronomen: *hi deinceps*, *omnes deinceps*; doch steht es wie hier voran **5**, 37, 6 *deinceps inde aliorum populorum*. **2**, 45, 14. *deinceps omnis exercitus*.

7. *per munita pleraque*] „meistens auf gebahnten Wegen"; bei Liv. namentlich mit *omnia* häufig: *per pacata ommia*; = durch lauter friedliche Gegenden; mit *pleraque*: **31**, 39, 10. — Übrigens ist sonst weder bekannt, dafs Hannibal habe Wege anlegen lassen, noch dafs spätere Heereszüge (*adsuetudine*) Bahnen geschaffen hätten. —

8. *invisitati — alienigenis*] *alienigenis* ist Dativ: „bei Fremden nie gesehen", da sie ihre Berge nie verliefsen. Bei dem Einfalle 390 heifsen die Gallier *gens invisitata, formae hominum invisitatae* u. a.

advenam] „einen Einwanderer"; auch als Adjektiv: *advena cultor*, eingewanderter Bewohner.

humano insociabiles erant. et primo ignari, quo Poenus per-
geret, suas rupes suaque castella et pecorum hominumque
praedam peti crediderant; fama deinde Punici belli, quo duode- 9
cimum annum Italia urebatur, satis edocuerat viam tantum
Alpis esse, duas praevalidas urbes, magno inter se maris ter-
rarumque spatio discretas, de imperio et opibus certare. hae 10
causae aperuerant Alpis Hasdrubali. ceterum quod celeritate 11
itineris profectum erat, id mora ad Placentiam, dum frustra
obsidet magis quam oppugnat, conrupit. crediderat campe- 12
stris oppidi facilem expugnationem esse, et nobilitas coloniae
induxerat eum, magnum se excidio eius urbis terrorem ceteris
ratum iniecturum. non ipse se solum ea oppugnatione inpe- 13
diit, sed Hannibalem post famam transitus eius tanto spe sua
celerioris iam moventem ex hibernis continuerat, quippe repu- 14
tantem, non solum quam lenta urbium oppugnatio esset, sed
etiam quam ipse frustra eandem illam coloniam ab Trebia
victor regressus temptasset.

Consules diversis itineribus profecti ab urbe velut in duo 40
pariter bella distenderant curas hominum, simul recordantium, 2
quas primus adventus Hannibalis intulisset Italiae cladis,
simul cum illa angeret cura, quos tam propitios urbi atque
imperio fore deos, ut eodem tempore utrubique res publica
prospere gereretur. adhuc adversa secundis pensando rem ad 3
id tempus extractam esse: cum in Italia ad Trasumennum et
Cannas praecipitasset Romana res, prospera bella in Hispania

insociabilis] Neubildung des Liv., nur hier und 37, 1, 4. *indomitae et insociabili genti.*

9. *praevalidas urbes*] die mit *prae* zusammengesetzten Adjektive sind vor Liv. selten, bei ihm verbreitet, zum Teil neu gebildet; so *praevalens*, *praedives*, *praeferox*, *praegravis*.

discretus] „geschieden", in räumlichem Sinne; ist sonst dichterisch und nachklassisch. 23, 33, 2 *mari tantum Ionio discretus.*

12. *campestris oppidi*] räumliche Verhältnisse werden gern durch Adjektive statt durch Präpositionalverbindungen ausgedrückt: *campestre iter* = durch die Ebene, *praeda maritima terrestrisque*: vom Lande und vom Meere; c. 42, 15. *nocturnis montanisque itineribus*: durch die Nacht und über die Berge.

14. *quippe reputantem*] *quippe* und *utpote* = ἅτε bei dem Partizip zur Einführung eines selbstverständlichen Umstandes findet sich erst seit Livius; 5, 14. *quippe — cernentibus.* 8, 4, 5. *quippe concedentibus* u. a.

c. 40, 1—9. Stimmung in Rom. Ausmarsch der Konsuln.

1. *duo pariter bella*] „zwei gleichzeitige Kriege".

2. *quos tam propitios fore deos*] die rhetorischen Fragen mit negativem Sinne haben gewöhnlich die Form von Hauptsätzen und stehen in *oratio obliqua* im Infinitiv; (26, 35, 10 *unde — paraturos navales socios?*), die Abhängigkeit von *cura angeret* ist ganz auffallend.

utrubique] auf jedem Punkte in zwei Richtungen; bei Liv. mehrfach.

3. *adversa secundis pensando*] das Subjekt *fortunam* oder *deos* wird in dieser bei Liv. nicht seltenen Metapher meist nicht hinzugefügt. 26, 37, 5 *transmarinae quoque res quadam vice pensatae.*

praecipitasset] „zu Fall kommen" c. 16, 4.

4 prolapsam eam erexisse; postea, cum in Hispania alia super
aliam clades duobus egregiis ducibus amissis duos exercitus
ex parte delesset, multa secunda in Italia Siciliaque gesta
5 quassatam rem publicam excepisse; et ipsum intervallum loci,
quod in ultimis terrarum oris alterum bellum gereretur, spa-
6 tium dedisse ad respirandum: nunc duo bella in Italiam ac-
cepta, duo celeberrimi nominis duces circumstare urbem Ro-
manam, et unum in locum totam periculi molem, omne onus
incubuisse. qui eorum prior vicisset, intra paucos dies castra
7 cum altero iuncturum. terrebat et proximus annus lugubris
duorum consulum funeribus. his anxii curis homines digre-
8 dientis in provincias consules prosecuti sunt. memoriae pro-
ditum est plenum adhuc irae in civis M. Livium ad bellum
proficiscentem monenti Q. Fabio, ne, priusquam genus hostium
cognosset, temere manum consereret, respondisse, ubi primum
9 hostium agmen conspexisset, pugnaturum. cum quaereretur,
quae causa festinandi esset, „aut ex hoste egregiam gloriam“
inquit „aut ex civibus victis gaudium meritum certe, etsi non
honestum, capiam“.

10 Priusquam Claudius consul in provinciam perveniret,
per extremum finem agri Larinatis ducentem in Sallentinos
exercitum Hannibalem expeditis cohortibus adortus C. Hostilius
11 Tubulus incomposito agmini terribilem tumultum intulit; ad
quattuor milia hominum occidit, novem signa militaria cepit.
moverat ex hibernis ad famam hostis Q. Claudius, qui per
12 urbes agri Sallentini castra disposita habebat. itaque ne cum
duobus exercitibus simul confligeret, Hannibal nocte castra ex
13 agro Tarentino movit atque in Bruttios concessit. Claudius
in Sallentinos agmen convertit; Hostilius Capuam petens ob-
14 vius ad Venusiam fuit consuli Claudio. ibi ex utroque exer-
citu electa peditum quadraginta milia, duo milia et quingenti

4. *multa secunda — gesta*] wie *multa praeclara facta* gebildet, indem *gesta* ganz Substantiv wird.

excepisse] „hätten aufgefangen“, am Stürzen verhindert. Beachte die in *prolapsam — praecipitasse — quassatam — erexisse — excepisse* durchgeführte Metapher vom Einsturze eines Gebäudes.

6. *circumstare*] stets von Gefahren, die jemand umringen: *terror, mala, proelia, bella* u. a.

9. *meritum certe, etsi non honestum*] meist stehen die Sätze umgekehrt; auch tritt bei Cicero stets, bei Liv. nicht selten *si non* statt *etsi non* ein. Die Adversativpartikeln *certe, at certe, saltem* können dabei fortfallen: **25**, 35, 6. *si — non posset, ipse — certe coniungeret*; u. **30**, 44, 8 *si foris hostem non habet, domi invenit.*

c. **40**, 10—c. **42**. Unternehmungen gegen Hannibal.

11. *ad famam hostis*] „auf Veranlassung der Nachricht von“; vgl. c. 28, 10. *ad vocem.*

per urbes castra] auch **6**, 6, 13. sagt Liv. von Quartieren in der Stadt: *in urbe castra habere.*

14. *electa — peditum — equites*] in Verbindung mit Tausenden und Hunderten steht das Partizip, wenn es vorantritt, meistens im Neutrum;

equites, quibus consul adversus Hannibalem rem gereret: reli-
quas copias Hostilius Capuam ducere iussus, ut Q. Fulvio
proconsuli traderet.

Hannibal undique contracto exercitu, quem in hibernis 41
aut in praesidiis agri Bruttii habuerat, in Lucanos ad Gru-
mentum venit spe recipiendi oppida, quae per metum ad Roma-
nos defecissent. eodem a Venusia consul Romanus exploratis 2
itineribus contendit, et mille fere et quingentos passus castra
ab hoste locat. Grumenti moenibus prope iniunctum videbatur 3
Poenorum vallum; quingenti passus intererant. castra Punica 4
ac Romana interiacebat campus; colles imminebant nudi sinistro
lateri Carthaginiensium, dextro Romanorum, neutris suspecti,
quod nihil silvae neque ad insidias latebrarum habebant. in 5
medio campo ab stationibus procursantes certamina haud satis
digna dictu serebant. id modo Romanum quaerere apparebat,
ne abire hostem pateretur: Hannibal inde evadere cupiens
totis viribus in aciem descendebat. tum consul ingenio hostis 6
usus, quo minus in tam apertis collibus timeri insidiae pot-
erant, quinque cohortis additis quinque manipulis nocte iugum
superare et in aversis vallibus considere iubet. tempus exur- 7
gendi ex insidiis et adgrediendi hostem Ti. Claudium Asellum
tribunum militum et P. Claudium praefectum socium edocet,
quos cum iis mittebat; ipse luce prima copias omnis peditum 8
equitumque in aciem eduxit. paulo post et ab Hannibale
signum pugnae propositum est, clamorque in castris ad arma
discurrentium est sublatus. inde eques pedesque certatim por-

wenn es nachsteht im Maskulinum. Umgestellt ist dem Chiasmus zu Liebe: c. 49, 6. *quinquaginta sex milia — occisa, capta quinque milia et quadringenti.*

c. **41**, 1. *per metum*] „aus Furcht". vgl. c. 16, 6. *per errorem.*

3. *iniunctum*] Bezeichnung der unmittelbarsten Verbindung. **22**, 20, 5. *tecta iniuncta muro.* **5**, 7, 2. *vineae — iniunctae moenibus.*

4. *interiacebat*] ist in e i n Wort zu schreiben; zur Konstruktion **7**, 29, 6 (*planities*) *quae Capuam Tifataque interiacet.*

colles — nudi] wie „nackt", dient *nudus* zur Bezeichnung des Entblöſstseins von Gebäuden, Pflanzen u. a.: c. 42, 6. *via nuda*, ferner *nuda vallis, locus nudus, cacumina nuda* u. a.

6. *ingenio hostis usus*] = *Punica fraude.* vgl. **22**, 16, 5.

quo minus] das Korrelativ: „mit um so mehr Aussicht auf Erfolg" fehlt; so oft bei Liv. nicht nur, wenn ein Komparativ folgt, (*b e n i g n i u s*, *quo maior ira — eminebat* **2**, 35, 6) sondern auch ohne denselben **23**, 15, 14. *quo frequentior mecum fueris, — s e n t i e s.*

in aversis vallibus] der Punkt, von dem etwas abgewendet ist, kann oft nur aus dem Zusammenhange entnommen werden; hier: „von der Angriffsseite der Römer abgewendet".

7. *quos — mittebat*] das Imperf., weil die Absendung noch andauert. **30**, 4, 1. *primos ordines — mittebat.*

8. *propositum est*] das Zeichen zum Kampfe gab der Feldherr bei den Römern durch Aufhissen einer roten Flagge auf dem Feldherrnzelte; c. 46, 12. daher *signum p r o p o n i t u r.*

9 tis ruere ac palati per campum properare ad hostis. quos
ubi effusos consul videt, tribuno militum tertiae legionis
C. Aurunculeio imperat, ut equites legionis quanto maximo
10 impetu possit in hostem emittat: ita pecorum modo incompo-
sitos toto passim campo se fudisse, ut sterni obterique, prius-
42 quam instruantur, possint. Nondum Hannibal e castris exierat,
cum pugnantium clamorem audivit. itaque excitus tumultu
2 raptim ad hostem copias agit. iam primos occupaverat eque-
stris terror; peditum etiam prima legio et dextra ala proelium
inibat; incompositi hostes, ut quemque aut pediti aut equiti
3 casus obtulit, ita conserunt manus. crescit pugna subsidiis
et procurrentium ad certamen numero augetur; pugnantisque,
quod nisi in vetere exercitu et duci veteri haud facile est,
4 inter tumultum ac terrorem instruxisset Hannibal, ni cohortium
ac manipulorum decurrentium per collis clamor ab tergo audi-
5 tus metum, ne intercluderentur a castris, iniecessit. inde pavor
incussus et fuga passim fieri coepta est. minorque caedes
fuit, quia propinquitas castrorum breviorem fugam perculsis
6 fecit. equites enim tergo inhaerebant; in transversa latera
invaserant cohortes secundis collibus via nuda ac facili decur-
7 rentes. tamen supra octo milia hominum occisa, supra sep-
tingentos capti, signa militaria novem adempta; elephanti

9. *tribuno militum*] unter den sechs Tribunen der Legionen wechselt das Kommando ab.

quanto maximo — possit] die Verstärkung des Superlativs durch *quantus* erfolgt bei Liv. nur, wenn *posse* hinzutritt. c. 43, 12. c. 49, 1.

10. *pecorum modo*] „wie Schafe"; so oder *velut pecudes* sagt Liv., wenn er die Feinde als wehrlos oder ungeordnet bezeichnet; **5**, 44, 7; *velut pecudes trucidare*; dagegen *ritu ferarum pugnare*: wie Löwen kämpfen; doch **5**, 44, 6. *ritu ferarum sternuntur* = ohne Ordnung lagern.

c. **42**, 1. *equestris terror*] vgl. c. 1, 11. u. **29**, 35, 7. *terrestris exercitus.*

3. *crescit pugna — et augetur*] der Kampf nimmt zu an Heftigkeit durch frischanrückende Truppen, und an Ausdehnung durch die Zahl der Streiter.

nisi — haud facile] statt *nisi — non* ganz ungewöhnlich; von Liv. sonst nicht angewendet.

4. *metum — inde pavor*] *metus* = Befürchtung; *pavor* = Furcht; so auch *metus* und *timor* geschieden: **28**, 3, 9—10.

5. *minorque*] „aber geringer" *que* schliefst ab und fügt doch einen Gegensatz bei: *fuit caedes, sed minor fuit.*

tergo inhaerebant] gewöhnlich drückt das Simplex *haerere* die enge körperliche Berührung aus: **23**, 9, 9. *osculo haerens* = an seinen Lippen hängend; im Sinne = verfolgen sagt Liv. sonst *urgere ab tergo* oder *terga caedere.*

6. *in transversa latera*] „von der Seite her gegen die Flanken"; so stets im Adjektiv statt der adverbiellen Verbindung: c. 18, 15 *in transversos hostis incurrit.* **1**, 14, 9. *transversam — aciem* u. o.

invaserant — in] Liv. verbindet *invado* nur noch **2**, 47, 6 und **28**, 29, 3 mit *in* u. d. Accus., (so stets bei Cicero); sonst nur mit Objektsaccusativ: c. 1, 8. c. 28, 12. c. 44, 4.

secundis collibus] „der Neigung der Hügel entsprechend" d. h. bergab; Gegenteil *adversa ripa* **21**, 31, 2.

7. *supra septingentos*] vgl. § 8

etiam, quorum nullus usus in repentina ac tumultuaria pugna
fuerat, quattuor occisi, duo capti. circa quingentos Romano- 8
rum sociorumque victores ceciderunt. postero die Poenus
quievit; Romanus in aciem copiis eductis postquam neminem
signa contra efferre vidit, spolia legi caesorum hostium et
suorum corpora conlata in unum sepeliri iussit. inde insequen- 9
tibus continuis diebus aliquot ita institit portis, ut prope
inferre signa videretur, donec Hannibal tertia vigilia crebris 10
ignibus tabernaculisque, quae pars castrorum ad hostis vergebat,
et Numidis paucis, qui in vallo portisque se ostenderent,
relictis profectus Apuliam petere intendit. ubi inluxit, suc- 11
cessit vallo Romana acies, et Numidae ex composito paulisper
in portis se valloque ostentavere frustratique aliquamdiu
hostis citatis equis agmen suorum adsequuntur. consul ubi 12
silentium in castris et ne paucos quidem, qui prima luce
obambulaverant, parte ulla cernebat, duobus equitibus specu-
latum in castra praemissis postquam satis tuta omnia esse ex-
ploratum est, inferri signa iussit; tantumque ibi moratus, dum 13
milites ad praedam discurrunt, receptui deinde cecinit multo-
que ante noctem copias redduxit. postero die luce prima 14
profectus, magnis itineribus famam et vestigia agminis sequens
haud procul Venusia hostem adsequitur. ibi quoque tumul- 15
tuaria pugna fuit; supra duo milia Poenorum caesa. inde
nocturnis montanisque itineribus Poenus, ne locum pugnandi
daret, Metapontum petiit. Hanno inde — is enim praesidio 16
eius loci praefuerat — in Bruttios cum paucis ad exercitum
novum comparandum missus; Hannibal copiis eius ad suas
additis Venusiam retro quibus venerat itineribus repetit, atque
inde Canusiam procedit. numquam Nero vestigiis hostis ab- 17
stiterat et Q. Fulvium, cum Metapontum ipse proficisceretur,
in Lucanos, ne regio ea sine praesidio esset, arcessierat.

circa quingentos u. c. 14, 14. *supra mille trecentos.*

9. *insequentibus continuis diebus aliquot*] an einigen der nächsten Tage ohne Unterbrechung; *insequentibus diebus* bildet e i n e n Begriff. **24**, 58, 3. *prioribus continuis diebus.*

10. *quae pars — vergebat*] statt *tabernaculis eius partis, quae vergebat* zu sagen, zieht Liv. das Subst. *pars* in den Relativsatz hinein.

profectus — petere intendit] häufige Verbindung bei Liv., deutsch „schleunig marschieren" (nicht bei Cicero).

12. *qui — obambulaverant*] wie *obequitare* wird auch *obambulare* sonst mit einer Ortsbestimmung verbunden; es findet sich nur noch **25**, 39, 8. *ante vallum portasque* u. **36**, 34, 4 *obambulare muris.*

parte ulla] vgl. **22**, 49, 1. *parte altera.* **7**, 17, 8. *utraque parte*; vgl. frz: *nulle part.*

13. *deinde*] die Partikeln *tum* und *deinde* stehen nach Partizipien und absoluten Ablativen, um eine Handlung als sofort und nachdrücklich eintretend zu bezeichnen.

15. *ne locum daret*] *locus* = Gelegenheit, „Statt"; ist häufig: vgl. *locum gratiae quaerere*, *neglegentiae laxior locus* = weiterer Spielraum u. a.

43 Inter haec ab Hasdrubale, postquam a Placentiae
obsidione abscessit, quattuor Galli equites, duo Numidae cum
litteris ad Hannibalem missi cum per medios hostes totam
2 ferme longitudinem Italiae emensi essent, dum Metapontum
cedentem Hannibalem sequuntur, incertis itineribus Tarentum
delati a vagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium
3 propraetorem deducuntur. eum primo incertis inplicantes
responsis, ut metus tormentorum admotus fateri vera coegit,
edocuerunt litteras se ab Hasdrubale ad Hannibalem ferre.
4 cum iis litteris sicut erant signatis L. Verginio tribuno militum
5 ducendi ad Claudium consulem traduntur: duae simul turmae
Samnitium praesidii causa missae. qui ubi ad consulem per-
venerunt, litteraeque lectae per interpretem sunt, et ex captivis
6 percunctatio facta, tum Claudius non id tempus esse rei pu-
blicae ratus, quo consiliis ordinariis provinciae suae quisque
finibus per exercitus suos cum hoste destinato ab senatu bel-
7 lum gereret: audendum ac novandum aliquid inprovisum, in-
opinantum, quod coeptum non minorem apud civis quam hostis

c. 43 — c. 45. Neros Zug gegen Hasdrubal.

1. *a — obsidione abscessit*] *abscedere* nur räumlich: c. 4, 1. *ab Hannibale.* c. 45, 11. *ab signis.* c. 47, 5. *ab Hannibale.* c. 47, 11. *a mari.* c. 50, 4. *a curia.*

Galli equites] der Volksname steht statt des davon abgeleiteten Adjektivs. **21**, 53, 11. *speculatores Galli.* **21**, 46, 5. *Gallos equites.* **28**, 20, 1. *transfugae Afri.*

emensi] „durchmafsen"; c. 48, 12. zur Bezeichnung räumlicher Bewegung sonst dichterisch. **26**, 41, 16.

2. *incertis itineribus*] = nicht hinreichend bestimmt und daher zum Irreführen geeignet. vgl. § 3. *incertis responsis.*

delati] „verschlagen", häufig von Schiffen **23**, 10, 11. *navem Cyrenas detulit tempestas*; vom Landwege **44**, 45, 9. *fuga eodem delati.*

3. *implicantes*] das Präsens, obwohl im Hauptsatze keine gleichzeitige Handlung folgt. **45**, 10, 6 *negantes — perpulerunt.* — *inplicare*, sonst = verwickeln, *bello*, *morbo* u. a.; hier = „verwirren" **2**, 21, 4. *errores inplicant temporum.*

metus tormentorum admotus] = als sie mit Foltern in Furcht gesetzt wurden. *admovere terrorem*, *metum* oft = eine Befürchtung nahelegen. **40**, 55, 5. *parvo metu admoto.*

litteras — se ferre] „sie seien Überbringer eines Briefes". Die Härte der Verbindung *ab Has. ad Hann.* wird durch das hinzutretende *ferre* gehoben.

4. *sicut erant signatis*] *sicut est*, *erat* bezeichnet, dafs an einer Sache keine Veränderung vorgenommen wurde; die Hineinziehung des Partizips *signatis* in die Konstruktion (vgl. **22**, 1, 14. *his sicut erant nuntiata, expositis*) statt *sicut erant signatae*, findet sich nirgends vor Liv.

6. *consiliis ordinariis*] „nach der üblichen Methode". *ordinarius* = was in dem vorschriftsmässigen *ordo* erfolgt oder hergestellt ist. **41**, 18 16. *ordinarii consules*; das Gegenteil **26**, 18, 3. *extraordinaria cura.*

cum hoste destinato] das Verlassen der Provinz galt schon damals als ungehörig; doch nach dem Beschlusse c. 38, 9. erscheinen Neros Bedenken unbegründet.

7. *novandum*] *novare* hier = etwas neues, noch nicht dagewesenes vornehmen; vgl. **44**, 8, 3 *quae in dies fortuna novaret.*

apud cives quam hostes] der Wegfall der Präposition, die sonst,

terrorem faceret, perpetratum in magnam laetitiam ex magno
metu verteret, litteris Hasdrubalis Romam ad senatum missis 8
simul et ipse patres conscriptos, quid pararet, edocet: ut, cum
in Umbria se occursurum Hasdrubal fratri scribat, legionem
a Capua Romam arcessant, dilectum Romae habeant, exer- 9
citum urbanum ad Narniam hosti opponant. haec senatu 10
scripta. praemissi item per agrum Larinatem Marrucinum
Frentanum Praetutianum, qua exercitum ducturus erat, ut
omnes ex agris urbibusque commeatus paratos militi ad ves-
cendum in viam deferrent, equos iumentaque alia producerent,
ut vehiculorum fessis copia esset. ipse de toto exercitu civium 11
sociorumque quod roboris erat delegit, sex milia peditum,
mille equites; pronuntiat occupare se in Lucanis proximam
urbem Punicumque in ea praesidium velle: ut ad iter parati
omnes essent. profectus nocte flexit in Picenum. 12

Et consul quidem quantis maximis itineribus poterat ad
conlegam ducebat relicto Q. Catio legato, qui castris prae-
esset. Romae haud minus terroris ac tumultus erat, quam 44
fuerat biennio ante, cum castra Punica obiecta Romanis moe-
nibus portisque fuerant. neque satis constabat animis, tam
audax iter consulis laudarent vituperarentne; apparebat, quo 2
nihil iniquius est, ex eventu famam habiturum: castra prope
Hannibalem hostem relicta sine duce, cum exercitu, cui
detractum foret omne quod roboris, quod floris fuerit, et con-
sulem in Lucanos ostendisse iter, cum Picenum et Galliam
peteret, castra relinquentem nulla alia re tutiora quam errore 3

wenn *quam* hinter seinen Komparativ tritt, stets gesetzt wird, erklärt sich bei der grofsen Nähe von *apud*.

perpetratum] die Vergleichung müfste fortgesetzt lauten: *quantum laetitiae apud cives*, *tantum metus apud hostes moveret.*

8. *patres conscriptos*] diese offizielle Anrede der Senatoren findet sich bei Liv. mehrfach auch in den casus obliqui. **22**, 37, 4. **26**, 30, 10.

9. *ad Narniam*] = *ad fauces Umbriae*; als Reserve für den Fall eines unglücklichen Ausganges.

10. *Larinatem*] die Reihenfolge dieser am adriatischen Meere liegenden Küstenstriche müfste sein: *Larinatem, Frentanum*, *Marrucinum, Praetutianum.*

ut omnes] „er sandte den Befehl voraus, dafs". *mitto* hat wie die Verba des Befehlens oder Bekanntmachens *ut* oder den accus. c. inf. bei sich.

c. 44, 1. *terroris ac tumultus*] zur Allitteration c. 42, 4. *inter tumultum ac terrorem.*

constabat animis] „das Urteil stand fest". **30**, 28, 1 *nec satis certum constare apud animos poterat.*

2. *cui detractum*] *detrahere* = vermindern, schwächen, hat den Dativ der Person oder *de* mit dem Ablativ der Sache bei sich: **31**, 33, 3. *se — auxilia Romanis detraxisse*; aber **6**, 6, 7. *de maiestate detrahere.*

quod floris] frei und mehr dichterisch = *virium*. vgl. c. 46, 3 *robur virium.*

3. *nulla alia re tutiora quam*] wir erwarten entweder: *nulla re tam tuta*, *quam errore*, oder *errore tutiora quam ulla alia re.* Beide Kontruktionen sind vermengt. **23**, 28, 4 *nulla re quam celeritate tutior.*

hostis, qui ducem inde atque exercitus partem abisse ignora-
4 ret. quid futurum, si id palam fiat, et aut insequi Neronem
cum sex milibus armatorum profectum Hannibal toto exer-
citu velit aut castra invadere praedae relicta sine viribus, sine
5 imperio, sine auspicio? veteres eius belli clades, duo consules
proximo anno interfecti terrebant: et ea omnia accidisse, cum
unus imperator, unus exercitus hostium in Italia esset; nunc
duo bella Punica facta, duos ingentis exercitus, duos prope
6 Hannibales in Italia esse. quippe et Hasdrubalem patre
eodem Hamilcare genitum, aeque inpigrum ducem, per tot
annos in Hispania Romano exercitatum bello, gemina victoria
insignem duobus exercitibus cum clarissimis ducibus deletis.
7 nam itineris quidem celeritate ex Hispania et concitatis ad
arma Gallicis gentibus multo magis quam Hannibalem ipsum
8 gloriari posse: quippe in iis locis hunc coegisse exercitum,
quibus ille maiorem partem militum fame ac frigore, quae
9 miserrima mortis genera sint, amisisset. adiciebant etiam
periti rerum Hispaniae, haud cum ignoto eum duce C. Nerone
congressurum, sed quem in saltu impedito deprensus forte
haud secus quam puerum conscribendis fallacibus condicioni-
10 bus pacis frustratus elusisset. omnia maiora etiam vero
praesidia hostium, minora sua, metu interprete semper in dete-
riora inclinato, ducebant.
45 Nero postquam iam tantum intervalli ab hoste fecerat,
ut detegi consilium satis tutum esset, paucis milites alloquitur.
2 negat ullius consilium imperatoris in speciem audacius, re ipsa
3 tutius fuisse quam suum. ad certam eos se victoriam ducere:

4. *si id palam fiat*] „wenn es bekannt würde“; formelhafte livianische Wendung.

praedae relicta] Dativ des Zweckes, wie in *praedae dare* = der Plünderung preis geben.

6. *geminata victoria*] die Niederlage der beiden Scipionen. **25**, 34 ff.

8. *fame ac frigore*] **21**, 41, 11. *ultimo supplicio — fame interficere*; c. 40, 9. *fame frigore — enecti.*

9. *haud cum ignoto*] Liv. trennt *haud* nicht selten von dem verneinten Worte durch Präpositionen oder andere Worte. **21**, 49, 11. *rem fore haud cum inparatis.* praef. 8. *haud in magno discrimine.* **22**,59,10. *haud equidem — — invideo.*

deprensus] in militärischer Beziehung oft.: „überrumpelt“ **42**,56,9. *deprehendi Romanos posse.*

conscribendis] „zusammenstellen“. vgl. **26**, 17, 6. *ut coram leges conscriberentur.*

frustratus] „getäuscht und somit angeführt“. Zur Verbindung mit *elusisset*: c. 47, 6 *tantae rei frustratione Hannibalem elusum.*

10. *praesidia*] „Streitkräfte“.

metu — in deteriora inclinato] „da die Befürchtung eine Deuterin ist, die sich stets einer schlimmeren Auffassung zuneigt“. **21**, 32, 7. *fama, qua incerta in maius vero ferri solent.*

c. **45**, 2. *ullius imperatoris*] wie **26**, 41, 3. *nemo ante me novus imperator*, müfste hier *cuiusquam imperatoris* stehen (**30**, 12, 14 *cuiusquam Romani*); doch findet sich *ullus* öfters bei Liv. als Substantiv: **24**, 47, 10 *sine clade ullius*; auch *ulli* und *ullo*.

quippe ad quod bellum conlega non ante, quam ad satietatem
ipsius peditum atque equitum datae ab senatu copiae fuissent,
maiores instructioresque, quam si adversus ipsum Hannibalem
iret, profectus sit, eo ipsi, si quantumcumque virium momen-
tum addiderint, rem omnem inclinaturos. auditum modo in 4
acie — nam ne ante audiatur, daturum operam — alterum
consulem et alterum exercitum advenisse haud dubiam victo-
riam facturum. famam bellum conficere, et parva momenta 5
in spem metumque impellere animos; gloriae quidem ex re
bene gesta partae fructum prope omnem ipsos laturos; semper 6
quod postremum adiectum sit, id rem totam videri traxisse.
cernere ipsos, quo concursu, qua admiratione, quo favore
hominum iter suum celebretur. et hercule per instructa omnia 7
ordinibus virorum mulierumque undique ex agris effusorum
inter vota ac preces et laudes ibant: illos praesidia rei publi-
cae, vindices urbis Romanae imperiique appellabant; in illorum
armis dextrisque suam liberorumque suorum salutem ac liber-
tatem repositam esse. deos omnis deasque precabantur, ut 8
illis faustum iter, felix pugna, matura ex hostibus victoria
esset, damnarenturque ipsi votorum, quae pro iis suscepissent,
ut, quem ad modum nunc solliciti prosequerentur eos, ita 9

3. *ad quod bellum*] „in dem Kriege, zu welchem — ausgezogen sei, würden sie — den Ausschlag geben“.

rem omnem inclinaturos] das Bild ist von der Wage entlehnt: „sie würden die Schale zum Neigen, Sinken bringen“ = in der Richtung die Entscheidung geben. 28, 15, 7. *inclinatam sensere rem*; c. 22. 8 *rem inclinatam* u. ö.

4. *auditum modo*] „die blofse Nachricht“. vgl. 37, 5.

5. *famam bellum conficere*] vgl. **34**, 12, 4. *saepe vana pro veris maxime in bello valuisse.*

gloriae — fructum] „den Gewinn, der in Ruhm — bestehe“. vgl. **33**, 33, 3. *ex tam insigni gloriae fructu.*

6. *traxisse*] „nach sich gezogen“, d. h. entschieden; eine bei Liv. häufige Wendung. **26**, 1, 4 *traxerat aliquot populos.*

quo favore] *favor* eig. Beifallsbezeugung, wie sie in der Arena üblich ist: **42**, 63, 2. *studio, quo — in certaminibus ludicris vulgus utitur — favendo.*

7. *vota ac preces*] Gelübde und Gebete als Hauptpflichten eines Gläubigen in wichtigen Entscheidungen werden stets verbunden. c. 50, 5. *suppliciis votisque. laudes* tritt als drittes selbstständiges Glied durch *et* äufserlich angereiht, hinzu.

repositam esse] gewöhnlich *spes reposita est in alq. re.* **1**, 49, 4. **30**, 16, 2 u. ö. Hier statt *spes* der Inhalt der Hoffnung *salus ac libertas.*

8. *faustum iter, felix pugna, matura — victoria*] die drei für den Erfolg wichtigsten Hauptwünsche in nachdrücklichem Asyndeton.

ex hostibus victoria] das Fehlen des Partizips *lata* oder *reportata* erscheint hart; vgl. jedoch **28**, 45, 18 *abiete — ex silvis* u. a. Sonst sagt Liv. 8, 8, 18 *ex centurione — victoriam tulit.* **2**, 50, 2 *ex civitate victoriam tulit.*

damnarenturque — votorum] eig. zur Erfüllung der Gelübde verurteilt würden = *compotes votorum fierent*; letzteres ist bei Liv. häufiger; vgl. jedoch **7**, 28, 4. *damnatus voti.*

9. *quem ad modum — ita*] bei Liv. oft statt des ciceronianischen *ut — ita.* **26**, 12, 7.

10 paucos post dies laeti ovantibus victoria obviam irent. invi-
tare inde pro se quisque et offerre et fatigare precibus, ut
quae ipsis iumentisque usui essent, ab se potissimum sumerent;
11 benigne omnia cumulata dare. modestia certare milites, ne
quid ultra usum necessarium sumerent; nihil morari, nec ⟨ab-
scedere⟩ ab signis nec subsistere cibum capientes; diem ac noctem
ire: vix quod satis ad naturale desiderium corporum esset,
12 quieti dare. et ad conlegam praemissi erant, qui nuntiarent
adventum percunctarenturque, clam an palam, interdiu an
noctu venire sese vellet, isdem an aliis considere castris.
nocte clam ingredi melius visum est.

46 Tessera per castra ab Livio consule data erat, ut tribu-
nus tribunum, centurio centurionem, eques equitem, pedes
2 peditem acciperet: neque enim dilatari castra opus esse, ne
hostis adventum alterius consulis sentiret; et coartatio plurium
in angusto tendentium facilior futura erat, quod Claudianus
exercitus nihil ferme praeter arma secum in expeditionem
3 tulerat. ceterum in ipso itinere auctum voluntariis agmen
erat, offerentibus ultro sese et veteribus militibus perfunctis
iam militia et iuvenibus, quos certatim nomina dantis, si
quorum corporis species roburque virium aptum militiae vide-

ovantibus victoria] „den über den Sieg frohlockenden". *ovare victoria* mehrfach: **1**, 11, 2. **1**, 25, 13. **1**, 26, 10. u. ö.

10. *fatigare precibus*] „mit Bitten bestürmen". c. 50, 5 *fatigare deos.* **36**, 11, 1. *cum patrem — rogando fatigasset.*

benigne omnia cumulata] Bezeichnung der Gesinnung des Gebers und der reichen Gabe; vgl. **26**, 9, 5. *expositis benigne commeatibus*; auch *benigne conlaudare, benigne invitare.*

11. *modestia certare*] das Asyndeton nach der stimmungsvollen Rede hebt das Verhalten der Soldaten sehr nachdrücklich hervor.

ultra usum necessarium] sonst meist im Plural: *usus necessarii* oder *necessaria ad usus*; für den Singular **7**, 26, 14. *necessaria usui.*

subsistere] d. h. zu längerer Rast es sich bequem machen.

naturale desiderium] vgl. **21**, 4, 6. *cibi potionisque desiderio naturali. naturalis* = von der Natur gegeben, daher **44**, 44, 2 *naturalis filius* = ein rechtmäfsiger, nicht adoptierter Sohn.

c. 46—49. Schlacht am Metaurus.

1. *tessera*] Losung. Alle Abende cirkulierte von dem Feldherrnzelte aus ein Täfelchen (*tessera*) unter den dienstthuenden Offizieren und Soldaten, auf welchem die Losung für die betreffenden Nacht geschrieben stand, daher *tessera data.* Bei dieser Gelegenheit wurden auch Befehle mitgeteilt. **7**, 35, 1. *tesseram dari iubet — armati convenirent* u. ö.

2. *dilatari castra*] Liv. gebraucht *dilatare* nur räumlich, *prolatare* nur zeitlich. vgl. §. 10 *prolatando.*

coartatio] „das Zusammdrängen"; das Verb: **33**, 6, 7. *coartata itinera maceriis* (auch bei Cicero = verkürzen).

in angusto tendentium] *tendo* = lagern, hat *in* c. abl. (wie *pono, loco*) bei sich: **25**, 6, 15 *locus, in quo tenderent.* **44**, 5, 13 *ubi — tenderent.*

3. *nomina dantes*] stehende Wendung = sich anmelden zur Eintragung in die Heereslisten.

roburque virium] *robur* = Kraft zum Widerstande; *vis* = zum Handeln; also aktive und passive Kriegs-

batur, conscripserat. ad Senam castra alterius consulis erant, 4
et quingentos ferme inde passus Hasdrubal aberat. itaque
cum iam adpropinquaret, tectus montibus substitit Nero, ne
ante noctem castra ingrederetur. silentio ingressi, ab sui 5
quisque ordinis hominibus in tentoria abducti, cum summa
omnium laetitia hospitaliter excipiuntur. postero die consilium
habitum, cui et L. Porcius Licinus praetor adfuit. castra 6
iuncta consulum castris habebat, et ante adventum eorum per
loca alta ducendo exercitum, cum modo insideret angustos
saltus, ut transitum clauderet, modo ab latere aut ab tergo
carperet agmen, ludificatus hostem omnibus artibus belli fuerat;
is tum in consilio aderat. multorum eo inclinabant sententiae, 7
ut, dum fessum via ac vigiliis reficeret militem Nero, simul
et ad noscendum hostem paucos sibi sumeret dies, tempus
pugnae differretur; Nero non suadere modo, sed summa ope 8
orare institit, ne consilium suum, quod tutum celeritas fecisset,
temerarium morando facerent; errore, qui non diuturnus 9
futurus esset, velut torpentem Hannibalem nec castra sua sine
duce relicta adgredi, nec ad sequendum se iter intendisse.
antequam se moveat, deleri exercitum Hasdrubalis posse redi-
rique in Apuliam. qui prolatando spatium hosti det, eum et 10
illa castra prodere Hannibali et aperire in Galliam iter, ut
per otium, ubi velit, Hasdrubali coniungatur. extemplo signum 11
dandum et exeundum in aciem abutendumque errore hostium
absentium praesentiumque, dum neque illi sciant cum pauci-
oribus nec hi cum pluribus et validioribus rem esse. consilio 12

tüchtigkeit; beides meist mit *ac* verbunden. **21**, 1, 2. **21**, 40, 8. ferner **28**, 35, 7. *in medio virium robore.*

5. *cum summa omnium laetitia*] „unter grofser allgemeiner Freude".

6. *carperet agmen*] „das Heer neckte"; stehend für während des Marsches stattfindende Plänkelgefechte. c. 48, 2. *fessum agmen carperent.*

ludificatus hostem] eig. zum besten halten; dann wie *eludere* technischer Ausdruck für Ausweichen einem Angriff gegenüber. vgl. c. 44, 9. **22**, 39, 17.

in consilio aderat] nach *esse alicui in consilio* **26**, 33, 7. = „jemandes Beisitzer sein" gebildet; sonst hat *adesse* ohne Unterschied der Bedeutung bei Liv. den Dativ. vgl. **40**, 21, 7. *adesse consilio.*

7. *via ac vigiliis*] der Allitteration zu Liebe verbunden; c. 48, 16. dagegen *itinere ac vigiliis.*

8. *summa ope*] statt *summopere, magnopere* bei Liv. sehr häufig.

9. *velut torpentem*] „gleichsam gelähmt"; häufig von starrer Unbeweglichkeit infolge von Furcht oder Schreck; jedoch *errore torpere* dürfte sich sonst nicht finden.

10. *prolatando*] „durch Aufschub" = *differendo*, das sich bei Liv. ebenfalls häufig findet.

11. *abutendum errore*] „man müsse den Irrtum ausnützen". *abuti* = aufbrauchen. vgl. **2**, 42, 9. (*viribus*) *abutebantur* — *inter se certando*; dagegen *perverse, immoderate, insolenter uti* = mifsbrauchen.

rem esse] „dafs sie es zu schaffen hätten"; in militärischer Beziehung: zum Gegner haben, nicht selten. **28**, 42, 17. *cum Hannibale est tibi futura res.*

dimisso signum pugnae proponitur, confestimque in aciem procedunt.

47 Iam hostes ante castra instructi stabant. moram pugnae attulit, quod Hasdrubal, provectus ante signa cum paucis equitibus, scuta vetera hostium notavit, quae ante non viderat, et strigosiores equos; multitudo quoque maior solita visa est.
2 suspicatus enim id, quod erat, receptui propere cecinit ac misit ad flumen, unde aquabantur, ubi et excipi aliqui possent et notari oculis, si qui forte adustioris coloris ut ex recenti
3 via essent; simul circumvehi procul castra iubet specularique, num auctum aliqua parte sit vallum, et ut attendant, semel
4 bisne signum canat in castris. ea cum ordine omnia relata essent, castra nihil aucta errorem faciebant: bina erant, sicut ante adventum consulis alterius fuerant, una M. Livi, altera L. Porci, neutris quicquam, quo latius tenderetur, ad muni-
5 menta adiectum. illud veterem ducem adsuetumque Romano hosti movit, quod semel in praetoriis castris signum, bis in consularibus referebant cecinisse. duos profecto consules esse, et quonam modo alter ab Hannibale abscessisset, cura ange-
6 bat. minime id, quod erat, suspicari poterat, tantae rei frustratione Hannibalem elusum, ut, ubi dux, ubi exercitus esset,
7 cum quo castra conlata haberet, ignoraret; profecto haud

c. 47, 1. *scuta vetera — notavit*] *notare* = an gewissen Kennzeichen (*notae*) erkennen; §. 2. *notari oculis*. Die Schilde der claudischen Legionen waren teils durch die Kämpfe c. 41, teils durch den Eilmarsch in höherem Grade mitgenommen.

strigosiores equos] Nonius p. 168 Merk. *strigosus apud veteres morbus dicitur iumentorum, qui corpora stringat, aut alia vitii causa, quasi stringosus* = abgetrieben. Also ein archaisches Wort.

maior solita] = gröſser als die bisher dagewesene; *maior solito* würde sein: gröſser als sie gewöhnlich (im römischen Heere) zu sein pflegte.

2. *suspicatus enim*] „in der Vermutung des wahren Sachverhaltes". *enim* steht, weil der Grund zu *mora pugnae* §. 1 angegeben wird. Zur Wendung: §. 6 *minime id, quod erat, suspicari poterat.*

excipi] häufig von Gefangennehmung. **22**, 42, 11. *inter pabulatores excepti.*

adustioris coloris] das Verbum steht im eigentlichen Sinne **39**, 22, 3 *adussisse — vestimenta*; von Körperfarbe bei späteren häufig.

3. *semel bisne*] dies die seltenste Form der Doppelfrage bei Liv. und nur, wenn beide Glieder derselben von je einem Worte gebildet werden. c. 44, 1. *laudarent vituperarenturne.*

4. *ea cum ordine*] „der Reihe nach"; ob in bejahendem oder verneinenden Sinne, ergiebt erst das folgende.

bina — una — altera] die Pluraliatantum nehmen bei Liv. nur die Distributiva *bini*, u. s. w. zu sich; auch *uni* ist dabei nicht selten: **25**, 7, 5. *triumviri bini, uni — alteri.*

5. *semel — bis*] jeder Befehlshaber lieſs (etwa zum Ablösen der Wachen) für die unter ihm stehenden Truppen besonders blasen.

adsuetum R. hosti] der Dativ bei *adsuesco*, *adsuefacio* und *adsuefio* steht in Prosa erst seit Liv.; doch hat er dabei, wie schon Cäsar, auch *ad.*

mediocri clade absterritum insequi non ausum: magno opere
vereri, ne perditis rebus serum ipse auxilium venisset Roma-
nisque eadem iam fortuna in Italia quae in Hispania esset.
interdum litteras suas ad eum non pervenisse credere, inter- 8
ceptisque is consulem ad sese opprimendum adcelerasse. his
anxius curis extinctis ignibus vigilia prima dato signo, ut
taciti vasa colligerent, signa ferri iussit. in trepidatione et 9
nocturno tumultu duces parum intente adservati, alter in
destinatis iam ante animo latebris subsedit, alter per vada
nota Metaurum flumen tranavit. ita desertum ab ducibus
agmen primo per agros palatur, fessique aliquot ⟨itinere⟩ ac
vigiliis sternunt somno corpora passim atque infrequentia
relinquunt signa. Hasdrubal, dum lux viam ostenderet, ripa 10
fluminis signa ferri iubet; et per tortuosi amnis sinus flexus-
que cum orbem volvens haud multum processisset, ubi prima
lux transitum opportunum ostendisset, transiturus erat. sed 11
cum, quantum a mari abscedebat, tanto altioribus coercenti-
bus amnem ripis non inveniret vada, diem terendo spatium
dedit ad insequendum sese hosti.

Nero primum cum omni equitatu advenit, Porcius deinde 48
adsecutus cum levi armatura. qui cum fessum agmen car- 2
perent ab omni parte incursarentque, et iam omisso itinere,
quod fugae simile erat, castra metari Poenus in tumulo super
fluminis ripam vellet, advenit Livius peditum omnibus copiis 3
non itineris modo, sed ad conserendum extemplo proelium

7. *perditis rebus*] abl. absol. = „nach Vernichtung der Macht". c. 20, 3. *serum post male gestam rem auxilium.*

8. *interceptis*] „auffangen". vgl. c. 24, 8 *intercidisse.*

9. *duces*] Wegweiser, oft ohne hinzutretendes *itineris.* 28, 16, 2 *ducibus est creditum.*

sternunt somno corpora] vgl. c. 48, 16. *stratique somno passim per agros.* — *corpora* = „sich", wie in *corpora firmare* u. a.

infrequentia signa] der proleptische Gebrauch des Adjektivs ist eine Freiheit, die meist nur Dichter sich gestatten; bei Liv. oft: **23**, 10, 1. *senatus frequens datus Hannibali* u. o.

10. *lux viam ostenderet*] so sagt Liv. *ostendo* oft von Dingen, welche die Möglichkeit etwas zu sehen, gewähren. **7**, 12, 3. *lux — hostem ostendit.* **9**, 35, 2. (*planities*) — *multitudinem ostendit.* vgl. c. 2, 10.

ripa fluminis] lokaler Ablativ, wie *mari, regione, via, adversa ripa* u. a. bei Verbis der Bewegung. — *tortuosi amnis*] „des sich hinwindenden Flusses"; so sagt auch Cicero: *alvus tortuosa*; u. oft übertragen = verwickelt. Liv. nur hier.

orbem volvens] „sich im Kreise bewegend" vgl. **3**, 10, 8. *orbis volvitur*: der Kreislauf wiederholt sich; sonst *orbem volvere* = Knäuel, Carré bilden.

11. *a mari abscedebat*] vgl. **21**, 31, 2. *quantum a mari recessisset, minus*; für *tanto* nach *quantum*: **5**, 10, 5. *quantum — augebatur numerus, tanto maiore pecunia — opus erat.*

c. 48, 2. *super — ripam*] *super* = frz. *sur* von der Lage an Gewässern **28**, 37, 9. *super portum.*

itineris modo] „marschmäfsig"; **35**, 34, 10. *itineris — modo solutis ordinibus.*

ad conserendum extemplo proelium] „zum sofortigen Beginn des

4 instructis armatisque. sed ubi omnis copias coniunxerunt,
derectaque acies est, Claudius dextro in cornu, Livius ab
sinistro pugnam instruit, media acies praetori tuenda data.
5 Hasdrubal omissa munitione castrorum postquam pugnandum
vidit, in prima acie ante signa elephantos locat, circa eos
laevo in cornu adversus Claudium Gallos opponit, haud tantum
6 iis fidens, quantum ab hoste timeri eos credebat; ipse dextrum
cornu adversus M. Livium sibi atque Hispanis — et ibi
maxime in vetere milite spem habebat — sumpsit; Ligures
7 in medio post elephantos positi. sed longior quam latior
8 acies erat; Gallos prominens collis tegebat. ea frons, quam
Hispani tenebant, cum sinistro Romanorum cornu concurrit;
dextra omnis acies extra proelium eminens cessabat; collis
oppositus arcebat, ne aut a fronte aut ab latere adgrederentur.
9 inter Livium Hasdrubalemque ingens contractum certamen
erat, atroxque caedes utrimque edebatur. ibi duces ambo, ibi
pars maior peditum equitumque Romanorum, ibi Hispani,
10 vetus miles peritusque Romanae pugnae, et Ligures, durum
in armis genus. eodem versi elephanti, qui primo impetu
11 turbaverant antesignanos et iam signa moverant loco; deinde
crescente certamine et clamore inpotentius iam regi et inter
duas acies versari, velut incerti, quorum essent, haud dissimi-
12 liter navibus sine gubernaculo vagis. Claudius „quid ergo
praecipiti cursu tam longum iter emensi sumus"? clamitans

Kampfes". Liv. sagt: *conserere manus*, *pugnam*, *certamen*, *proelium*, sogar *belli artes.*

4. *derectaque acies*] technischer Ausdruck für korrektes Aufstellen der Schlachtlinie **22**, 44, 4. u. o.

pugnam — instruit] wie **26**, 25, 10 *instruit — bellum* = „traf die erforderlichen Vorkehrungen zu".

tuenda — data] vgl. **22**, 45, 8 ohne dafs an ein defensives Verhalten zu denken wäre.

5. *adversus — opponit*] sonst verbindet Liv. *opponit* mit dem Dativ; mit *adversus* selten **30**, 10, 5. *adversus hostem opposuit.*

7. *longior quam latior*] „mehr tief als breit". Da *latior* zweifellos die Breite der Front bezeichnet, kann sich *longior* nur auf die Ausdehnung in der zweiten Richtung = der Tiefe beziehen. vgl. **33**, 8, 14. *duplicat (ordines) ut longa potius, quam lata acies esset.*

8. *ea frons*] Flügel. c. 14, 5. *primam — frontem.*

extra proelium eminens] „ragte über die Stelle hinaus, wo der eigentliche Kampf stattfand". sonst *eminere a cetera acie*, oder *a cornibus* unter Berücksichtigung des Punktes, an dem das Überragen beginnt.

arcebat] = *impedimento erat.* wie *prohibere* hat Liv. auch *arcere* bisweilen mit *ne*, nach vorausgegangener Negation mit *quin*. **26**, 44, 9. *neque — arcere queunt, quin certatim ascendant.*

10. *durum in armis*] das Gebiet, in welchem ein Adjektiv gilt, steht aufser mit *ad* auch mit *in* c. abl. **1**, 4, 8 *nec in stabulis nec ad pecora segnes.*

11. *inpotentius iam regi*] „sie ertrugen keine Leitung mehr". vgl. c. 28, 3. *sagaciter moti sunt.*

12. *Claudius*] wirkungsvolles Asyndeton, um das Eingreifen des Feldherrn zu malen, dem die Palme gebührt.

praecipiti cursu] *praeceps* von der Bewegung der hastig Laufenden auf

militibus, cum in adversum collem frustra signa erigere
conatus esset, postquam ea regione penetrari ad hostem non 13
videbat posse, cohortis aliquot subductas e dextro cornu, ubi
stationem magis segnem quam pugnam futuram cernebat, post 14
aciem circumducit et non hostibus modo sed etiam suis in-
opinantibus in dextrum hostium latus incurrit: tantaque celeri-
tas fuit, ut, cum ostendissent se ab latere, mox in terga iam
pugnarent. ita ex omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab 15
tergo, trucidantur Hispani Liguresque, et ad Gallos iam cae-
des pervenerat. ibi minimum certaminis fuit: nam et pars 16
magna ab signis aberant, nocte dilapsi stratique somno pas-
sim per agros, et qui aderant, itinere ac vigiliis fessi, intole-
rantissima laboris corpora, vix arma umeris gestabant: et iam 17
diei medium erat, sitisque et calor hiantis caedendos capien-
dosque adfatim praebebat. Elephanti plures ab ipsis rectori- 49
bus quam ab hoste interfecti. fabrile scalprum cum malleo
habebant; id, ubi saevire beluae ac ruere in suos coeperant,
magister inter aures positum, ipso in articulo, quo iungitur
capiti cervix, quanto maximo poterat ictu adigebat. ea celer- 2
rima via mortis in tantae molis belua inventa erat, ubi regentis

den Lauf selbst übertragen. **22**, 47, 6. *praeceps pavore — agmen.*

in adversum collem] vgl. c. 42, 6 *secundis collibus.* 28, 15, 10 *in adversum collem.*

13. *stationem*] „ein Stehenbleiben, ein Abwarten des Gegners"; öfters als Gegensatz zur *pugna*: 23, 16, 5 *in hac cotidiana duorum exercituum statione.*

14. *in — latus incurrit*] Liv. sagt stets *incurro in aliquid*, aber *incursare aliquid*; also *incurrere in agrum*, aber *agrum incursare.* vgl. § 2 *agmen — incursarent.*

16. *intolerantissima laboris corpora*] als solche werden die Gallier stets geschildert **7**, 12, 11. *iis corporibus animisque, quorum omnis in impetu vis esset, parva eadem languesceret mora.* Zur Steigerung des Partizips mit dem Genitiv **10**, 28, 4. *Gallorum — corpora intolerantissima laboris atque aestus.*

17. *hiantes*] „nach Luft schnappend", in diesem Sinne und bei Liv. nur hier; sonst bei Cicero u. a.: klaffen, gähnen.

c. **49**, 1. *Ab — rectoribus*] die Führer der Elefanten heifsen meistens *rectores*, bisweilen *magistri*; letztere Bezeichnung wird allen gegeben, die etwas zu leiten und zu verwalten haben: *magistri navium* = Kapitäne; *magister equitum, magister regii pecoris* u. a.

fabrile scalprum] „ein Zimmermannsmeifsel". Zum Adjektiv vgl. **38**, 7, 12 *folle fabrili* = Blasebalg.

saevire] „wild werden", von Elefanten **21**, 28, 12. von Pferden **2**, 64, 11.

iungitur] „verbunden ist"; das Präsens des Passiv zur Bezeichnung eines dauernden Zustandes: *clauditur* = ist geschlossen; *cingitur*: ist umgeben u. a.

cervix] im eigentlichen Sinne bei Liv. nur im Singular, selbst von mehreren Personen (wofür jedoch auch der Plural); übertragen nur im Plural. —

adigebat] „trieb hinein"; bei Cäsar öfters; bei Liv. nur hier.

2. *celerrima via mortis*] „die rascheste Art der Tötung". *via* = Mittel, etwas zu erreichen, so *via salutis*; *via insidiarum*: Mittel zur Rettung, zur Nachstellung u. a.

imperium sprevissent, primusque id Hasdrubal instituerat, dux
3 cum saepe alias memorabilis, tum illa praecipue pugna. ille
pugnantis hortando pariterque obeundo pericula sustinuit, ille
fessos abnuentisque taedio laborem nunc precando nunc casti-
gando accendit, ille fugientis revocavit omissamque pugnam
4 aliquot locis restituit; postremo, cum haud dubie fortuna
hostium esset, ne superstes tanto exercitui suum nomen secuto
esset, concitato equo se in cohortem Romanam inmisit. ibi,
ut patre Hamilcare et Hannibale fratre dignum erat, pugnans
cecidit.

5 Numquam eo bello una acie tantum hostium interfectum
est, redditaque aequa Cannensi clades vel ducis vel exercitus
6 interitu videbatur. quinquaginta sex milia hostium occisa,
capta quinque milia et quadringenti; magna praeda alia cum
7 omnis generis tum auri etiam argentique. civium etiam Roma-
norum, qui capti apud hostes erant, supra quattuor milia capitum
recepta; id solacii fuit pro amissis eo proelio militibus. nam
haudquaquam incruenta victoria fuit: octo ferme milia Roma-
8 norum sociorumque occisa; adeoque etiam victores sanguinis
caedisque ceperat satietas, ut postero die, cum esset nuntiatum
Livio consuli Gallos Cisalpinos Liguresque, qui aut proelio
non adfuissent aut inter caedem effugissent, uno agmine abire
sine certo duce, sine signis, sine ordine ullo aut imperio; si
9 una equitum ala mittatur, posse omnes deleri: „supersint"
inquit „aliqui nuntii et hostium cladis et nostrae virtutis".

50 Nero ea nocte, quae secuta est pugnam ⟨profectus⟩, cita-
tiore quam inde venerat agmine die sexto ad stativa sua atque
2 ad hostem pervenit. iter eius frequentia minore, quia nemo
praecesserat nuntius, laetitia vero tanta, vix ut compotes
3 mentium prae gaudio essent, celebratum est. nam Romae

imperium sprevissent] „den Befehl nicht beachteten"; neben *aspernari imperium* häufige Wendung bei Liv.

cum saepe alias — tum] Liv. verbindet regelmäfsig *nunquam alias, raro alias, saepe alias,* auch *nunquam alias ante* in temporaler Bedeutung.

4. *cum fortuna — hostium esset*] „als der Erfolg den Feinden gehörte". **3**, 37, 7. *cum (fortuna) — potentioris esset.*

ut — dignum erat] eine bei Liv. häufige, vor ihm meistens dichterische Wendung.

5. *redditaque aequa Cannensi clades*] „die Niederlage bei Cannae war heimgegeben", wettgemacht. **24**, 20, 2. *reddidit hosti cladem.* **24**, 17, 7. u. ö.

7. *id solacii fuit*] die Konstruktion wie c. 14, 5. Zur Wendung **30**, 13, 13 *hoc in miseriis solacii esse.*

sine imperio] = *sine imperatore*; Abstraktum statt des Konkretums.

inquit] das Bestreben, die eigenen Worte des Siegers wiederzugeben, hat zu einem Verlassen der nach *ut* erforderlichen Struktur und zu einem freien Anakoluth geführt. **4**, 28, 3. *ni — Vettius Messius — inquit.*

c. **50** — c. **51**. Eindruck des Sieges in Rom.

3. *nam Romae*] der römische Leser erwartet nicht die Stimmung der

neuter animi habitus satis dici enarrarique potest, nec quo
incerta expectatione eventus civitas fuerat, nec quo victoriae
famam accepit. numquam per omnis dies, ex quo Claudium 4
consulem profectum fama attulit, ab orto sole ad occidentem
aut senator quisquam a curia atque ab magistratibus abscessit
aut populus e foro; matronae, quia nihil in ipsis opis erat, 5
in preces obtestationesque versae, per omnia delubra vagae
suppliciis votisque fatigare deos. tam sollicitae ac suspensae 6
civitati fama incerta primo accidit duos Narnienses equites in
castra, quae in faucibus Umbriae opposita erant, venisse ex
proelio, nuntiantis caesos hostis. et primo magis auribus quam 7
animis id acceptum erat, ut maius laetiusque, quam quod
mente capere aut satis credere possent, et ipsa celeritas fidem
impediebat, quod biduo ante pugnatum dicebatur. litterae 8
deinde ab L. Manlio Acidino missae ex castris adferuntur de
Narniensium equitum adventu. hae litterae per forum ad 9
tribunal praetoris latae senatum curia exciverunt; tantoque
certamine ac tumultu populi ad fores curiae concursum est,
ut adire nuntius non posset, sed traheretur a percunctantibus
vociferantibusque, ut in rostris prius quam in senatu litterae
recitarentur. tandem summoti et coerciti a magistratibus, 10
dispensarique laetitia inter inpotentis eius animos potuit. in 11
senatu primum, deinde in contione litterae recitatae sunt; et

Provinz zu hören, sondern die Roms, daher rascher Übergang zu dieser in Form einer *occupatio*: von der Stimmung in Rom ist das zu sagen nicht nötig, denn sie läfst sich nicht beschreiben.

nec quo — fuerat — nec quo — accepit] das Gewöhnliche wäre das Hineinziehen des Substantivs in den Relativsatz, der dabei die Form der indirekten Frage zu erhalten hätte: *nec quo habitu civitas fuerit* u. s. w.

incerta expectatione] *incerta* ist Nominativ und mit *civitas* zu verbinden, wie sonst *erecta expectatione civitas, suspensa expectatione* u. a.

4. *aut senator quisquam*] ebenso bei dem Anmarsche Hannibals **26**, 9, 9. An anderer Stelle **36**, 3, 3 wird befohlen: *ne quis — longius ab urbe Roma abiret, quam unde eo die redire posset neve uno tempore quinque senatores ab urbe Roma abessent.*

5. *nihil in ipsis opis erat*] „weil sie keine Hilfe leisten konnten“. **22**, 32, 7 *si quam opem in sese crederent.*

suppliciis — fatigare] *suppliciis* altertümlich für *supplicationibus*; nur noch **22**, 57, 5 *precibus suppliciisque. — fatigare.* vgl. c. 45, 10.

7. *magis auribus quam animis*] „mehr gehört, als geglaubt“. **22**, 39, 2. *verba auribus — consilia animis acciperetis.*

9. *per forum ad tribunal*] der Bote überbringt dem auf dem Tribunal sitzenden Prätor den Brief; der Prätor erhebt sich, um zur Verlesung desselben im Senate zu schreiten; aber der Senat eilt ihm aus der Kurie entgegen (*curia exciverunt*), das Volk drängt dem Prätor nach.

certamine ac tumultu] mit wildem Wetteifer.

10. *summoti ac coerciti*] es wurde durch die Liktoren Platz geschafft (*summoti*), die alsdann noch Vordrängenden wurden in Strafe genommen (*coerciti*).

dispensarique laetitia potuit] vgl.

pro cuiusque ingenio aliis iam certum gaudium, aliis nulla
ante futura fides erat, quam legatos consulumve litteras
audissent.

51 Ipsos deinde adpropinquare legatos allatum est. tum
enim vero omnis aetas currere obvii, primus quisque oculis
2 auribusque haurire tantum gaudium cupientes. ad Mulvium
3 usque pontem continens agmen pervenit. legati — ii erant
L. Veturius Philo P. Licinius Varus Q. Caecilius Metellus —
circumfusi omnis generis hominum frequentia in forum per-
4 venerunt, cum alii ipsos, alii comites eorum, quae acta essent,
percunctarentur. et ut quisque audierat exercitum hostium
imperatoremque occisum, legiones Romanas incolumis, salvos
consules esse, extemplo aliis porro impertiebant gaudium suum.
5 cum aegre in curiam perventum esset, multo aegrius summota
turba, ne patribus misceretur, litterae in senatu recitatae
6 sunt. inde producti in contionem legati. L. Veturius litteris
recitatis ipse planius omnia, quae acta erant, exposuit cum
ingenti adsensu, postremo etiam clamore universae contionis,
7 cum vix gaudium animis caperent. discursum inde ab aliis
circa templa deum, ut grates agerent, ab aliis domos, ut
8 coniugibus liberisque tam laetum nuntium impertirent. sena-
tus, quod M. Livius et C. Claudius consules incolumi exercitu
ducem hostium legionesque occidissent, supplicationem in triduum
decrevit. eam supplicationem C. Hostilius praetor pro contione
9 edixit, celebrataque a viris feminisque est; omniaque templa
per totum triduum aequalem turbam habuere, cum matronae
amplissima veste cum liberis, perinde ac si debellatum foret,
10 omni solutae metu deis immortalibus grates agerent. statum

dispensare pecuniam; = die Freude konnte verteilt werden.

11. *certum gaudium — futura fides erat*] zu *gaudium* ergänze *erat*; *futura erat* = es lag in ihrem Wesen, dafs sie nicht eher glaubten, = sie mochten nicht eher glauben.

c. **51**, 1. *aetas obvii, primus quisque — cupientes*] die Verbindung des Kollektivs mit einem Prädikat im Plural ist in der Apposition *quisque — cupientes* mit grofser Freiheit wiederholt.

oculis auribusque haurire gaudium] den Begriff „einsaugen, einschlürfen" dehnt der Lateiner auch auf *oculi*, *aures*, *nares* aus: Horaz, Od. 4, 1. *ducere naribus tura*.

2. *ad Mulvium usque pontem*] jetzt *ponte molle*, im Norden aufser dem Stadtbezirke gelegene Tiberbrücke. — *usque* steht sonst bei Liv. vor dem Substantiv. **44**, 5, 6 *usque (ad) alterius initium pontis*.

4. *ut quisque audierat — impertiebant*] wenn von zwei wiederholten Handlungen die zweite als Folge der ersten erscheinen soll, so setzt Liv. die erste in einen Vordersatz mit *ut* oder *ubi* im Plusquamperfekt, die zweite in einen Nachsatz im Imperfekt. **4**, 56, 7 *ut ad quosque ventum erat*, *numerus — conscribebatur*.

5. *summota turba*] ist abl. absol. Kein unbefugter durfte den Senat betreten.

8. *a viris feminisque*] zu feierlichem Gottesdienste vereinigt sich stets die ganze Familie § 9. *matronae amplissima veste cum liberis*. **22**, 10, 8.

10. *statum — movit*] „er verän-

quoque civitatis ea victoria movit, ut iam inde haud secus
quam in pace res inter se contrahere vendendo, emendo, mu-
tuum dando argentum creditumque solvendo auderent.
C. Claudius consul cum in castra redisset, caput Hasdru- 11
balis, quod servatum cum cura attulerat, proici ante hostium
stationes captivosque Afros vinctos, ut erant, ostendi, duos
etiam ex iis solutos ire ad Hannibalem et expromere, quae
acta essent, iussit. Hannibal, tanto simul publico familiarique 12
ictus luctu, agnoscere se fortunam Carthaginis fertur dixisse;
castrisque inde motis, ut omnia auxilia, quae diffusa latius 13
tueri non poterat, in extremum Italiae angulum Bruttios con-
traheret, et Metapontinos, civitatem universam, excitos sedibus
suis, et Lucanorum qui suae dicionis erant in Bruttium agrum
traduxit.

derte, beeinflufste die Finanzlage", wie **34**, 54, 8. *motum ex antiquo* = verändert.

iam inde] „gleich von da ab". **28**, 16, 3 *iam inde — effusi abibant.*

res inter se contrahere] „sie schlossen Geschäfte ab"; kaufmännischer Ausdruck. **6**, 11, 9. *aeris alieni — magna vis contracta:* Schulden kontrahieren.

vendendo] beachte die Gruppierung nach den Hauptteilen des kaufmännischen Geschäftsbetriebes: Umsatz der Waren in Geld (*vendendo emendo*), als Asyndeton geordnet; und Geldgeschäft im eigentlichen Sinne (*mutuum — creditum*), durch *que* verbunden.

12. *publico familiarique luctu*] *familiaris* tritt mehrfach neben *publicus* im Sinne von *privatus*: **26**, 41, 9. *familiaris orbitas — publica virtus.*

agnoscere se fortunam Carthaginis] diese berühmten Worte schwebten dem Horaz vor: Od. 4, 4, 70 *occidit, occidit spes omnis et fortuna nostri nominis Hasdrubale interempto.* Der Scholiast Porphyrion bemerkt dazu: *haec revera frequenter dixisse dicitur Hannibal, cum caput fratris sui Hasdrubalis vidisset, quod Nero de industria adlatum ex Gallia ante castra eius nihil adhuc scientis de hac caede proici iusserat.* — Offenbar nach Livius. — Persönliche Gedanken und Schmerzen treten in der Seele des grofsen Mannes auch jetzt zurück: vgl. **33**, 48, 2 *saepius patriae quam suum eventum miseratus.*

Periocha libri XXVII.

Cn. Fulvius proconsul cum exercitu ab Hannibale ad Herdoneam caesus est. meliore eventu ab Claudio Marcello consule adversus eundem ad Numistronem pugnatum est. inde Hannibal nocte recessit; Marcellus insecutus est et subinde cedentem pressit, donec confligeret. priore pugna Hannibal superior, Marcellus sequenti. Fabius Maximus consul pater Tarentinos per proditionem recepit. Claudius Marcellus T. Quinctius Crispinus consules, speculandi causa progressi e castris, insidiis ab Hannibale circumventi sunt. Marcellus occisus, Crispinus fugit. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita $\overline{\text{CXXXVII}}$ CVIII; ex quo numero apparuit, quantum hominum tot proeliorum adversa fortuna populo Romano abstulisset. in Hispania ad Baeculam Scipio cum Hasdrubale et Hamilcare conflixit et vicit. inter alia captum regalem puerum eximiae formae ad avunculum Masinissam cum donis dimisit. Hasdrubal, qui cum exercitu novo Alpes transcenderat, ut se Hannibali coniungeret, cum milibus hominum LVI caesus est, capta VCCC M. Livi consulis ductu, sed non minore opera Claudi Neronis consulis, qui cum Hannibali oppositus esset, relictis castris ita, ut hostem falleret, cum electa manu profectus Hasdrubalem circumvenerat. res praeterea a P. Scipione in Hispania et a P. Sulpicio praetore adversus Philippum et Achaeos gestas continet.

Anhang.

1. Abweichungen von Weifsenborns Ausgabe von 1878.

P. = Puteanus. Σ. = Spirensis. Md. = Madvig. Wfl. = Wölfflin. L. = Luchs. Wsb. = Weifsenborn. Ff. = Friedersdorff.

c. 1, 8. *trepidantium*] *spectantium* Ff.
ib. 9 *in Fulvi*] *in Cn. Fulvi* Σ.
ib. 10 *multi cecidissent Romanorum*] *multi Romanorum cecidissent* Σ.
